ipſi⁹ ſinoche ſint maxīe ſanatiões.ſ.flõmia oī tpe ꝛ frē aq̄
potatio apparēte vigõne ſiue ſibi īuicē ſuccedētes ſiue mi
niſtrate diſtictim. Cõpleẽ quoqꝫ cū alijs medicinis iteri⁹ ꝛ
exteri⁹ miſtratis ſup ſpūalia ꝓpē:maxīe vbi ꝯditiões flõ/
mādi ac exhibēdi frāz aquā deſint vel plꝛes obſiſtētes in
ueniant̃ q̄ ex dcis ꝛ dōis ſūt note. Et deiñ cū balneis dul/
ciū eucratarꝫ aquarꝫ q̄ apiant poros ſubtilięt hūores groſ
ſos obſtruētes ꝛ eorꝫ viſcoſitatē abſtergāt mltotiēs replē
tē in vapores ꝯuerſaz ꝛ ſudorē eūant ꝛ reſoluūt. Cõpleẽ cū
cibis ꝛ potib⁹ frīs ꝛ hūidis ꝗ alterādo diſcraſiā febrē potē
tē in ſe v̄tutē.ſ. exſolutā ex corꝑis diſpõne vel aeris exte/
rioris ſiue extēſiõe dierꝫ maiori ꝑꝑ magnitudinē opilõnis
aut īſciaz medicorꝫ ꝯfortēt. Sitqꝫ talia q̄lia ſuꝑ h̄ ī cura ef
fimerarꝫ ſūt dcā. Correctio v̄o accñtiū ex dcis ē māifeſta.
❡ Incipit ſūma ſecūda ꝑticule ꝑme ſectiõis ſecūde q̄ eſt
de medicis febriū putridarꝫ cõtinens capitula octo.

## Sequitur ſumma ſecun

da ꝑticule ꝑme ſectiõis ſecūde:q̄ ē de me
dicinis febrium putridarum. Continet
autem capitula.viij.

❡ Cap.i.de ordīe curationū ſeu medica/
tõis ipaꝝ ꝛ ō medicatõe eaꝝ ꝫ mõz vl'ez
❡ Cap.ij.de medicis febriū in ſpāli ꝛ ꝑmo ſimpliciū ꝛ in/
ter ea ꝑmo ſinocharꝫ in putredine ſanguinis fientiū.
❡ Cap.iij.de medicinis febriū flegmaticarum.
❡ Cap.iiij.de medicinis febrium colericarum.
❡ Cap.v.de medicinis febriū melancolicarꝫ.
❡ Cap.vi.de medicinis febrium peſtilentioſarū ꝛ earuz
que de genere ſunt illarum.
❡ Cap.vij.de medicinis febriū apoſtematum.
❡ Cap.viij.de medicinis febriū ꝯpoſitarū ex eis.

❡ Capitulum primum generale.ꝛc̃.

Uoniā ꝯtingit effimerā trāſire in putridā ꝑ ſino/
q chā mediā cū nõ ꝯtigat trāſire de extremo ad ex/
tremū niſi ꝑ mediū vt ē dcm̃ iō poſt curā effimera
rū ꝑmā ꝛ ſinoche mediā dicendū ē de cura putridarꝫ in or
dine exēplificatarꝫ. Et ꝑmo in generali ſecūdo in ſpāli:ꝓce
dit enī generalez ſpālis artificial'r ꝛ nāliter. Uerꝫ qꝛ febri
putredis accidit vt ſit morbus in ſe aut accñs ꝛ ſimplicē ꝛ
ꝯpoſitā faciēs varietatē. Ideoqꝫ in cura ꝓcedūt putride q̄
ſunt accñs: ſic ſuba accñs: ꝛ ſimplices ꝯpoſitas: ꝛ eſ'a eſ'a/
ta. Primo igiẽ de medicinis putridarꝫ ſimpliciū ē agendū
ſcđo de medicis ꝯpoſitarꝫ. Et ſimpliciū ꝑmo de medicinis
febriū que ſunt morb⁹ ꝑ ſe:ſcđo de medicinis febriū q̄ ſẽ
accñs. Et de earꝫ q̄ ſunt ꝑ ſe morb⁹ ꝑmo de medicinis ſino
charꝫ factarꝫ ex putredīe ſanguinis. Eo q̄ꝫ de ſinocha īfla/
tiua media facili⁹ deuenit.ſ.in putredinē ſanguīs q̄ꝫ alio/
rū humorꝫ. facili⁹.n.ē vt caliditas īflāmata ī ſanguine ipri
mat putredinē in ſe ipo q̄ꝫ trāſeat in aliū hūorē cū in eodē
ſbo exiſtat ꝛ magis putredini apto ꝛ ꝑꝑ ꝯplõnē ei⁹ ſbaz q̄/
dē ꝛ ſitū. Ingt.n.H. Illa ſolū.i.maxīe putrefiūt corpora q̄
ca'a ſūt ꝛ hūida ītrāſpirabilia ꝛ īflabellabilia in calō ꝛ hu
mido manēt. Sic alijs humorib⁹ citi⁹ putreſcit ꝛ maxīe ſi
aquoſitate generata ex fructib⁹ ſit īfecta ei⁹ ſuba: ꝛ crudo
humore reddēte ipm̄ ītrāſpirabilē. Et qꝛ iter hūores oēs
ſuperexcreſcēs irregurabilis fit a nā: fact⁹ īobediēs febrē ac
cendit ſinochā.i.ꝯtinuā ꝓpē ꝛ maxīe ꝑꝑ eandē cām vt ſu
peri⁹ ē expſſuz in tractat⁹ hui⁹ ꝑncipio lꝫ raro talis febris
fiat vt. H. ait. Cuſtodit.n.ipm̄ nā tāq̄ꝫ teſaurꝫ ꝛ filiū ꝛ vſqꝫ
in poſtremū:nec deſerit ipm̄ niſi coacta vt ſupius in ꝯſola
tõe medicinarꝫ dixim⁹: ꝛ ſic tardi⁹ putreſcit:lꝫ ex ſui diſpõ
ne ſit magis apt⁹. Scđo de medicis fl'aticarꝫ fientiū in pu
tredīe ei⁹. Citius.n.putreſcit ꝛ ad putrefactionē accedit q̄ꝫ
col'a ſapiēs de nā ſanguis: ꝛ ꝓinde q̄qꝫ die febrē accēdit nõ
ꝑ tertiū nec ꝑ q̄rtū queādmodū alij. Et ſi col'a ꝑꝑ ſui cali/
tatē igneā aptā īflāmari ſit magis q̄ꝫ fl'a ꝛ putrefieri q̄ eſt
aqueū frꝫ hūidū cū calitas vt efficiēs ī putrefactõe magis
q̄ꝫ hūiditas vt mā operẽ. Ipa quoqꝫ col'a ꝛ final'r nõ ſit hūi
da ſubal'r ſemꝑ ē q̄ꝫ diu ī ſpē hūoris exiſtit dñte. H. In oīs
hūoris ſcđa aqueuz dñatẽ cl'm. fl'a tñ ſua groſſicie aut viſco/
ſitate ſube necnõ ſua mltitudīe excreſcētiā cui⁹ ꝯpeſcit vl
tra vtrāqꝫ col'az vt ſupi⁹ dixim⁹ in ꝯſolatõe mediciarꝫ:mł
tarꝫ opl'onū ē cā. Et ꝓinde trāſpiratõis ꝓhibite q̄ cā ē īflā
matõis caloris ꝑter nāz in eo:q̄ putrefactõis cā exiſtit ma
ioris ꝛ citioris q̄ꝫ calitas col'e:q̄ nāliter ē:lꝫ ſit ignea:ad q̄ō
adiuuat ꝯpl'o hūida ſuꝑ hūiditatē ſube ī eo additā aqueā
ꝛ putreſcibilē magis. Situatio quoqꝫ ei⁹ qꝛ ī ꝓfundo cor
poris ē poſitū ꝛ iuxta ſanguinē ꝑꝑ ſui nāz nõ in circūferē/
tijs vt col'a q̄ de nā ignis exñs de cētro ad circūferentias
ſemꝑ mouet̃ ex ſe in q̄b⁹ refrigeriū euõnis regrit. Oppitu
lanẽ quoqꝫ ad id ſemīa ſue putredinis q̄ ī loco ſeu minera
ſue putrefactõis relingt. Quaꝑꝑ ꝛ itermiſſio ē ipurior ꝛ ſe
cūdi paroxiſmi tēpeſtiuior ē iuaſio. ſūt.n.cā vt regenerat⁹
hūor ex diſpõne ꝑticularꝫ citius ad putredinē icitet̃. Et ſe
cundū faciat ꝓximū ꝫm ſingulos dies nõ ceſſans ꝑiodiçā
re donec ꝑticularꝫ diſpõ corrigat̃. Tertio de medicis cole
ricarꝫ in putredine exiſtētis col'e q̄ tardi⁹ mouet̃ q̄ꝫ fl'a lꝫ
frequēti⁹ accidat ꝑꝑ calitatē ſuaz mouet̃ ꝛ furit vt nõ re/
gulet̃: ꝛ putrefiat: ꝛ fe. accēdat coadiuuātib⁹ ſilib⁹ circum
ſtātijs etate.ſ.ꝯſuetudine ꝛ tpe calīs: ꝛ regīe. Sil'e.n.auget
ſuuz ſil'e: ꝛ facit ipm̄ furere. frīda ipſarꝫ exñs ꝯ̄ria remittit
ꝛ refrenat. Uñ. H. tps ē augmētatio egritudinis ſibi ſimi/
lātis. Quarto de medicis mel'icarꝫ fe. fiētiū ī putredīe me
lācolie q̄ tardi⁹ ad putredinē ꝑ ceteris mouet̃ hūorib⁹ ꝑꝑ
ꝯ̄rias ſupi⁹ aſſignatas cās. Quinto de medicis fe. peſtilen
tioſarꝫ: ꝛ earꝫ q̄ ex gñe fe. peſtilētie ſẽ. Que ꝛ ſi a cā exterio
ri: ꝛ ꝓcatartica ſumāt gñonis exordiū: vt effimere: nõ tñ ꝑ
modū īflāmatiõis tñi: vt ille ī ſinocha. imo ī putredīe hu
morꝫ ꝛ cordis ſpiritib⁹ earꝫ ē ꝯplemētū a quo earꝫ denoīa/
tio ſumit̃: ꝛ ꝓide iter putridarꝫ gñā ſūt ꝯputāde. Et vltio
de medicis cõpoſitarꝫ. ꝛ ꝑmo ex gñib⁹ vt putride ꝛ ethice
nõ effimere. qꝛ nõ facit ꝯpēſationē ī cura cuicūqꝫ illarꝫ ſit
ꝯplicata ſcđo de ꝯpoſitis ex ſpēb⁹ putridarꝫ nõ effimerarꝫ
nec ethicarꝫ cū nõ facit ꝯpõnē ī cura: queādmodū ꝯpoſite
ex ſpēb⁹ gñis putridarꝫ cū ex cā ſint putride: nõ h̄eant ꝯpē
dētiā. Harꝫ oīuz medicatio gñalis ſequēs gñalē cognitio/
nē ipſarꝫ in ꝑncipio hui⁹ capl'i ꝑnotatā: eſt q̄tuor res: quarꝫ
tres reſpiciūt res ꝑter nāz. Quarta v̄o nāles v̄tutes. ꝑma
enī abſcidit cām. ſcđa ſubalternat fe. diſcraſiā. tertia põit
ſtudiū ī v̄tute ꝛ vita cū dieta cibi ꝛ pot⁹: ꝛ regimīe õbꝫo ī
alijs nõ nālib⁹ reb⁹. q̄rta corrigit accñtia: hec.n. res ī medi
catõe earꝫ oēm necāriā ꝯplēt ītētionē ex ꝑte rerꝫ nõ nāliū
ꝯſuādarꝫ ꝯphēſarꝫ ſb v̄tute: ꝛ ex ꝑte rerꝫ ꝑter nāz remouē
darꝫ. Que ſi q̄dē ī vnū ꝯueīāt oēs. vt ī fe. col'ica ꝛ pura ſim
plici. vna cõis erit īdicatio vnoquoqꝫ cõi cõplēda auxilio
īfridatõez ꝛ hūectationē demſans. Fiet āt cū his q̄ ex me
dicis frīs ꝛ hūidis iteri⁹ ꝛ exteri⁹ approxiatis ꝫm oēm ad/
miſtratiõis modū q̄ ꝛ ꝓut oꝫ ī ſpāliū cura dicet̃ ſi xp̄s an
nuat. Et ex ill' ē pot⁹ aq̄ frē: alterat.n. ꝛ digerit col'am: eūat
fluxū vētris: ꝛ vrinā vel vomitū: vel ſudorē: ꝛ q̄nqꝫ ꝑ oīa
ſil' vt cū v̄t⁹ ē potēs fe. extiguit: ꝛ ſiti: ꝛ ſic cāe ꝯfert morbo
ꝛ accñti niſi fuerit q̄ ꝓhibeāt aliq̄ ex ꝯditiõib⁹ q̄ ſequunẽ
vt māe groſſe: cruditatis nõ ſubtil': vl' col'ice: cui⁹ digõ ꝯꝫ
remota a ſui ſubtilitate fiat ſpiſſa: ꝛ aq̄ frīa faẽ illud: ꝛ ſtõi
friditas debilitas: vel epis vel alicui⁹ alteri⁹ ex viſcerib⁹:
vel dolor ī eis: aut apā: ſeu oppil'o. vel qꝛ ꝯpl'o nālis ſit pau
ci ſanguis ꝛ calitas īnata debilis hitudo extenuata nõ car
noſa: aut īcõſuetudo bibēdi eā. Nocumētū.n. his ex aq̄ frē
potu gñat̃ mai⁹ q̄ꝫ ſit iuuamētū ei⁹ ī fe. extictiõe ꝛ ſitis: qꝛ
oꝫ vt dimittat̃ ꝛ recurrat̃ ad auxiliū q̄ð his cõferat. Illis
v̄o nõ noceat q̄ꝫuis ſit difficile iueniret dicēte. H. Itaqꝫ in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0442-4

cõtrarÿs diſpõibꝰ difficile ſit īuenire qḋ ꝓſit mltū: obſit
aũt nihil: qḋ īter cetera ſirupꝰ acetoſus ꝯprehēdiẽ ee᷑ talis.
Digerit.n. crudos hũores obſtruẽtes ⁊ obſtructos īcidẽdo
⁊ ſubtiliādo aperit opilõnē. Et ꝓinde ꝓhibita trāſpiratio
ceſſat ⁊ eũat illos riptīcādo alterat fe. ⁊ ꝑ ꝯñs ſiti ſedat: ſic
eqdē oīa q̄ ꝑter nāꝫ ſũt in cura fe. putride ꝯſiderāda reſpi
cit īdefecte ⁊ eiꝰ nocumētū in ꝑpatibꝰ viſceꝝ ⁊ alÿs diſpõ/
nibꝰ ꝑdiſtinctis corpis nõ eſt ſic nocumētū frē aq̄. Ueruꝫ
q̄nq̄ʒ fe. ītēſio ⁊ ſitis eſt tāta adeo vt egruꝫ ad eſtuationē ⁊
reſolõnē ꝑducat nec ꝓinde ſit excuſatio ab exhibitõe aque
frē vel alteriꝰ extictiui valde vt mellõis īdi ſyrupi ꝺ nenu
fare de melonibꝰ ⁊ ſiliuꝫ. Augmētū.n. in ꝑdictis ⁊ māe in
crudatio meliꝰ ē q̄ʒ corpꝰ ad arefactionē ꝑduci. in q̄bꝰ ver
bis q̄s mirabiẽ forte dicēs. Que cruditas in fe. colica dcā
ex pura colā ē. Cū. G. dicat q̄ crudus hũor in ſpē flatis eſt
Ac ēt q̄ fe. icēſio atq̄ʒ ſitis in flatica ee᷑ poterit cū ipſe dicat
calorē hũoris flatici putreſci aſſilabis vtiq̄ʒ igni fumoſo/
in viridibꝰ lignis accēſo adeo vt ſubmergat dicens maxia
dn̄atio hũoris accēdētis fe. q̄litas ē caloris. Cui rn̄det fal/
cho dicēs. Scire aũt te oꝫ circa ꝑmū q̄ cruditas in hũore
groſſo vt ē in melīa ⁊ flate ꝓꝑe cū ſit ſanguis diminute de
coctꝰ i quo dn̄aẽ ſic ⁊ melīa terrea q̄ q̄ frā ē ⁊ īdigeſtibilis
⁊ trāſire moraẽ ſic hyp. dixit nõ hũore ſubtili colīco puro
adeo q̄ ſi opilõ ſit ī fe. creata ex eo ñ erit a groſſicie ⁊ viſco
ſitate ſubē ſue: lꝫ q̄nq̄ʒ poſſit ee᷑ ex alia nõ tñ in ꝓpoſita fe.
ſꝫ ab eiꝰ multitudīe ſola: lꝫ ipſe hũor colīcꝰ purꝰ in ſua ſubā
crudꝰ hũor reſpectu nāe ſit īdigeſtus ꝑus q̄ virtuti expul
ſiue nõ adequatꝰ ꝓꝑ ſubtilitatē ībibitā ob quā eiꝰ expulſio
ſit difficilis ſic melīe ꝓꝑ eiꝰ groſſiciē in ſtrictos meatꝰ non
penetrātis. Et flatis ꝓꝑ aderētē ipiꝰ viſcoſitatē in illis mē
bris quā ſubtilitatē poſtmodū affert frā aq̄ potata. Et oñ/
dit Abo. dicēs. Ubi āt mā calā īdigeſta: aut groſſa digeſta
ē ꝯcurrētibꝰ ꝯditionibꝰ alÿs tūc frā aq̄ ē melior res. Si er
go verbū de cruditate dcm̄ hũor ad groſſum ſcḋm ⁊ viſco/
ſuꝫ digeriẽ nõ ad calm̄ ⁊ ſubtilē. ❡ Circa 2ᵐ ſcire te volu
mus q̄ ſi itenſio fe. ⁊ ſitis in flatica fe. ꝯtigat nõ erit a ꝑte
hũoris flatici ī ſe ꝯſiderati tm̄ ſꝫ ēt ex ꝑte aliquoꝝ ꝯcurrē/
tiũ: q̄ q̄ttuor rõnabiliẽ eximāẽ. ꝑmū ē mixtio colē vt ī flate
falſo. nõ.n. ē dare puꝝ hũorē in corpe. ⁊ ſi hũor colīcꝰ dictꝰ
ſit purꝰ illud ē q̄ ſi mixtionē aliq̄ʒ hēat nõ tñ de q̄ ſit curā
dū vt variet ſpēꝫ q̄admodū colā hũori flatico mixta que
ſua põticitate flā facit põticū. Scḋꝫ ē poſitio ipſiꝰ ⁊ corru/
ptio in ꝑtibꝰ cordi magis vicinis: vt in nõ vero cauſone pꝫ
Tertiū ē opilõ mlta exñs ī ea q̄ ꝓhibēdo trāſpiraẽ fumos
reſultātes ex corruptõe ipſiꝰ mlcos ad cor ꝯuertit ⁊ alia ꝑn
cipalia q̄ calā ſẽ ⁊ ꝑdurātes ſiue adherētes ꝓꝑ viſcoſitatē
īflāmāt fortiter illa: ⁊ ꝑ ꝯñs totū corpꝰ atq̄ʒ exiccāt. vñ fe.
ītēdiẽ atq̄ʒ ſitꝫ ad qḋ adiuuat q̄rtū. Et ē cordis ꝯplõ ſicca ⁊
calā corpis atq̄ʒ eiꝰ hitus ſiccꝰ in quo calor flatis lꝫ ſit obtu
ſus multū ītēdiẽ ⁊ igniẽ. Porro ſi adinuicē res ꝑter nām
diſcrepēt: vt q̄ ea q̄ cāꝫ abſcidat digerēdo ⁊ eũando cū oꝫ
calaꝫ ⁊ ſiccā irritēt fe. qḋ ē ꝑlimū: ⁊ ſilr accñs dcm̄ ſic in fe
bre flatica ꝓꝑe ⁊ mlica ē videre tūc ꝯſiderādū. Nā ſiq̄dē
cā morbꝰ ⁊ accñs ſint eq̄les in fortitudīe ⁊ in ledēdi mali/
tia tūc cura ordiata locū hꝫ. Et ē ſcḋꝫ. G. vt q̄ ꝑmo abſcide/
re cāꝫ oꝫ cū remiſſe calīs ꝓꝑ febrē. deiñ ad eā q̄ ab illa fcā
ē egritudinē deuenire. deiñ ad accñs ſi qḋ ꝑduret iſtare vl
ſilr oēs īſpicere: q̄ eis ſũt ꝯgrua ꝯponēdo vel diſtictis locis
vnicuiq̄ʒ ꝓꝑa applicādo: vel nūc ad vnū nūc ad aliud ītē/
dendo. Si vo fuerit ineq̄les: vt q̄ itētio q̄ ad cāꝫ ītētionē
ſuꝑet q̄ ad fe. aut eā q̄ ad accñs vel ecõuerſo: tūc fortiori ī/
tēdēdū: alteꝝ vo nõ negligēdū. Sꝫ alteꝝ triū dictoꝝ mo/
doꝝ vtrāq̄ʒ īſpiciēdo vno plus altero minꝰ. Si.n. magni/
tudo fe. ſuperet cāq̄ʒ obmittes totaliter ītēdendo ad cām
ſilr.n. fe. cū fe. citante ꝑibit ⁊ econuerſo. Si cruditas cāe ſit
multa ⁊ fe. parua vt accidit ī flatica plurimū q̄ʒ intendens
q̄ ad fe. totaliter derelinquēdo cāꝫ: augmētabis cāꝫ ⁊ cru
ditatē ipiꝰ: ⁊ ex ꝯñti fe. q̄dē curādo fe. augmētabis ipaꝫ: vt
G. dixit. In abſciſiõe aũt cāe due res ſũt neċarie. Alteratio
⁊ euõ. Inq̄t.n. G. Ferũt.n. ſi ꝯtigat in hũoribꝰ putrefactis
accēdi fe. demõſtratio in talibꝰ ē alteratio ⁊ euõ. ipſa vero
alteratio digõ ē. Cõpleẽ aũt cū duobꝰ. ſ. cū minoratiuis in
ꝑncipio ſi mlta ſit cā grauans virtutē. Eiꝰ.n. minoratio ꝑs
digõnis exiſtit vt īfra patebit q̄ ſũt ex medicis ⁊ võitibus
⁊ cliſteribꝰ ꝑmiſſis ſꝫ īclinationē māe ad ſupius vel īferiꝰ:
quā ex nauſea vel rugitu vētris ꝑcipies: ⁊ ēt cū ſuccedenti
bꝰ flõmia aut farmacia ſcḋm ſpēm dn̄antis māe ⁊ ſituatõeꝫ
eiꝰ ſiue ſituata ſit in venis ſiue in ꝑrimis ſiue in ſcḋis ⁊ ma/
xime ſiue alÿs extremoꝝ ſiue extra vt in ſtõ ⁊ īteſtinis ſi/
ue epate ſiue in ſplene ſiue in partibus cordi propinquis
ſiue in carnoſis ⁊ ſubcutaneis eius per aptiorem regioneꝫ
fiat. Et prout eis correſpondet ⁊ conuenit: vel ꝓportiona/
libꝰ eis vt ſunt venaꝝ ⁊ emoroidaꝝ aptio: mēſtruoꝝ ꝓuo
catio: ⁊ ſanguis ex naribꝰ ⁊ ſcarificatio ī dorſo ⁊ cruribus ⁊
vrie: ⁊ ſudoris ꝓuocatio cū tēꝑatis ī calītate q̄ ē farmacia
ꝓportõalis: ⁊ vtriq̄ʒ abſtinētia ⁊ fames q̄ minuit ⁊ exiccat
ꝑ accñs oēs hũores. Sed cū flõmia q̄dē ſi ſigna repletõis
vel peccatū ſanguis appareāt: ⁊ vrina rubea ⁊ ſpiſſa: ⁊ vtꝰ
⁊ etas corpis ꝯſenſerit. Nā ex quo deuenit ī putredinē hu
mor: virtꝰ q̄ priꝰ fuerat fortis: facta ē dbilis. Ideoq̄ʒ aduer
tēdū ſi tolleret. Inq̄t.n. hyp. Acutas paſſiões flõmabis ſi
robur vtutꝫ fuerit: ⁊ eger iuueneſcat etate: ⁊ ī euõne cū far
macia ēt ⁊ alÿs. Inq̄t.n. G. In oī aũt purgatiõe vtus ꝯſide
rāda ē: ⁊ tādē ꝑ ſuo poſſe purgeẽ. Si.n. vtus deficiat cohi/
bēda ē euõ: ⁊ ſi nõ tota exierit abūdātia: nec ī ea ſis audax
īmo poſtponas īquātū poſſē ē ſequēs nām q̄ ipm vſq̄ʒ ī po/
ſterū reſeruat. nec deſerit niſi coacta: ⁊ ex ſe ſanguis pctm̄
corrigit: ⁊ frequēter emēdat. Cū vo cogeris illā celebrare.
q̄ multitudo grauādo ſupat: ⁊ tēdit ad putredineꝫ magis
qḋ oſtendit. q̄ vrina cum rubedine ⁊ ſpiſſitudine magis
rē flõmabis: nec mltū ſilẽ educēs q̄uis mltū abūdet. Mul
tuꝫ.n. ⁊ repēte euãre fallax ē: ⁊ nāe ſītaue. Dixit hy. ī affo.
Et oppilõ ⁊ putredo nõ ceſſat. ꝑ eā euet: de bono ēt nāꝫ in
defectionē adducet: vt nõ fiat potēs in criſibꝰ expectādis
Quare oꝫ ītēporanee cibare: vt vberiꝰ ⁊ ſic diſtrahēdo a di
geſtiõe nām: ⁊ addēdo ī cām ꝓlõgabiẽ morbꝰ: vt ergo di/
mittas aliq̄d ſanguis ī cibū nāe paꝝ educēs. et ſi oportet
ſecūdabis: ⁊ iterum cibabis: ⁊ loco mali euati bonū reſtau/
retur. Ait eniꝫ Galienus. corruptioni neceſſaria eſt reſtau
ratio cū tēꝑamēto: ꝓꝑ qḋ ſecūdario ē melior multitudi/
ne. Et cū farmacia q̄dē ſi cachochimie ſigna videbis: ⁊ vri/
nā a ꝑdicta diuerſaꝫ: ſit aũt appropriata hũori peccanti: nec
ſit ex fortibꝰ q̄ agitēt ⁊ īgerēt hũores: ⁊ ſic in digõne ipſos
īpediāt. Et q̄nq̄ʒ ad ꝑrodū ipſos icitāt ⁊ fe. īflāmāt. Sꝫ ex
leuibꝰ q̄ cū fridītate nõ ſtipticēt: vt mirabolani q̄ oppilan/
do īpediūt digõnē ītētā: lꝫ leniēdo ⁊ lubricādo nāꝫ ad flu/
xū diſponāt: vt ē mel: caſſia fiſtula: māna: ſiracoſt: ⁊ ſuccus
duoꝝ granatoꝝ expſſoꝝ cū pulpis ſuis q̄ ſua tēꝑerata ſti/
pticitate nõ debilitat ſtõm relaxādo: vt caſſia: ſed ꝯfortat
ſuauiter: ⁊ laxat: vt dcet. Et ex illis ē aloes ablutꝰ: tm̄ cū aq̄
cordumēi l' ſolatri fructuū aq̄ ⁊ ſilia. Ul cū calītate tꝑata:
vt alubleb. i. mercurial' ⁊ medulla cartami. ⁊ ſilia: ſic mlti
tudinē miuāt: ⁊ nāꝫ alleuiēt: vt ī digõe rſidui potētior fiat
Inq̄t.n. hy. Inchoātibꝰ morbis ſi q̄d videẽ mouere moue.
qḋ Ga. ꝯfirmat dicēs. Alleuiata.n. q̄ diſpēſat nrā nā corpo
rea: ⁊ deponēs qḋ aggrauat: velut onus alienū domiaẽ re/
lige facile. Tūc.n. digerit qḋ digerēdū eſt: ⁊ expellit qḋ ex
pellēdū recolēs ꝓpriaꝝ actionū niſi mā mobilis fuerit de
mēbro ad mēbꝝ ⁊ furioſa. Inq̄t.n. hyp. Digeſta medicari
⁊ mouere non cruda: neq̄ʒ ī principio niſi expediat. Aduer
tendum autem vt eius euõ cõmode fiat: ne ſit in corpore
aliq̄d q̄ illaꝫ impediat vt viaꝝ opilatio. Si.n. nõ ſit inua/

mentũ in eductõe ipſius erit magis q̃ꝫ a periculo maxio li
berans q̃ꝫ ſit nocumentũ ex febris ĩtentõe quã natura far
maci facit maxie cũ ſit euacuationi parata non reſiſtens
mã qꝛ ſubtilis non ĩbibita. Quia mobilis ⁊ quia mala ma
le ⁊ nãe multũ odioſa in euacuatõe ipſius ꝑ artez iuuabit
nã que ſi aſſit nec poſſit ſtatim ⁊ in breui corrigi dimittaꝛ.
nocumentũ enĩ in eius comotõe iuuamento ſi qđ poſſibi/
le ſit eſt ſilr maius. Et ideo ad aliqđ remediũ ſi quod poſ/
ſibile eſt recurratur vt ſunt valde ĩſpiſſantia ⁊ congelan/
tia ⁊ ſtupefacientia opilãtia ⁊ cõfortantia ꝑncipalia. Ex q
bus ſunt tyriacalia ſimplicia ⁊ compoſita nota que iuuãt
ĩ liberãdo a mortis ꝑiculo qđ oĩ nocumẽto ẽ maius. Nec
mouens cũ eis in die peryodi niſi apud neceſſitatez. Jnqt
.n. hyp. Medicari ſi ↄuenit in valde acutis eadẽ die ſi ex/
pedierit. differre.n. in talibus malũ ẽ. deiñ aliq̃ digõne ex
his ꝑmiſſa dabis aliqđ ex ſolutiuis vel ꝓuocantibꝰ vrinã
ex tẽperatis: deinde ſudorẽ. Cõpletur quoqꝫ digõ cũ dige/
ſtiuis ex ꝓprys ſimplicibus ⁊ cõpoſitis medicinis ⁊ cibis
⁊ potibus non ſubtiliantibꝰ nec ĩſpiſſantibꝰ abſolute vt q/
daꝫ arbitranꝛ ⁊ male inherentes dictis Gal. in .ij. regimis
⁊ .ij. ꝓnoſticoꝝ. Ubi inqt ꝙ digõ ꝓcedit in oĩbus ĩſpiſſan/
do: ſed reſpectiue vt que ĩſpiſſando humores ſubtiles im/
bibitos groſſos ſubtiliando ⁊ viſcoſos ĩcidẽdo eoꝝ ſubſtã
tiã virtuti expulſiue adequant. ita vt ad expulſionẽ facilẽ
ſint parati non ſolũ obſtructi ſed ẽt obſtruentes q cã opi/
latiõis ⁊ ꝓhibite tranſpiratõis exiſtũt que. ſ. ⁊ q̃lia ſunt in
ſpãliuꝫ cura dicetur xp̄o duce. Et ex cõpoſitis eſt ſyrupus
acetoſus maxime q cõe eſt digeſtiuuꝫ oĩbus humoribus:
ſicut ſupra in ſuo capitulo diximꝰ. Et ſumaꝛ cuꝫ aq̃ calida
ſimplici in humoribꝰ groſſis hyeme: cũ frida ĩ calidis ſub/
tilibus eſtate vt eſt ordeacea. Corrumpitur.n. plurimum
ordeacea illi mixta aq̃ ⁊ aceſcit in ſtõ ſi paꝝ de nocte deꝛ
ante accipiendũ ius vel poſt cibũ. Caue tñ ne ad raſurã ꝑ/
ducat: qđ cõtingit cũ ĩteſtina ſint nuda ⁊ vacua: qđ ẽ ĩ acu/
tis peſſimũ. Et cũ ſomno in declinatiõe: vel fine ſtatus fa/
cto. Et hic ĩtendaꝛ digõ: ⁊ gete que magis eſt digerẽs. Qđ
ſi cura iſtaꝝ febriũ vtaris aliquo ex his que putredinẽ ꝓ/
hibent ⁊ rectificant res erit iuuamẽti magni ⁊ magne cõ/
fidentie in ſanatõe corpoꝝ. habẽt enĩ humoris putredinẽ
aptã per contactũ tranſire in alios non ſolũ humores ſed
etiã cibos. Maxime ſi cacochimi ſint. Jnquit.n. G. Cibi
ſubeuntes corpora nõ ꝑus mũdificata a malis humoribꝰ
corrũpuntur quoꝝ q̃ꝫtitas augmentaꝛ: ⁊ q̃litas non muta
tur. Et illud eſt. qꝛ qđ tangiꝛ a putrido putrefit. Res aũt
tales q̃daꝫ ſunt ſimplices ⁊ quedã cõpoſite: ⁊ ſimplices ꝓ/
hibentes putredinẽ ⁊ corruptionẽ ſunt que illud agunt a
cõplexione vt frigide ⁊ ſicce ſicut acetũ aq̃ ferrea ⁊ grana
ta muça. Et ex illis eſt cãphora ſandalus ⁊ ſiĺes Et ex his
ſunt que id agunt ex ꝓprietate vt eupatorium yreos cor/
tex citri cardus bñdictus ⁊ uemen. i. ſiſimbriuꝫ ⁊ ſticados
Et ex eis eſt cinamomũ: xiloaloes que mũdificant putre/
dinẽ vbicũqꝫ ⁊ aq̃ ferrea ⁊ naſturciũ que exiccant putredi
nem vacuitatis ventris. Cõpoſita vero ſunt rob de ribes
⁊ tiriaca. Euõ vero predigeſte materie cuꝫ perfectione de/
bet inſequi ſecũdũ ſemitã eradicationis ipſius. Jnquit.n.
hyp. digeſta medicari. Completur aũt cuꝫ flebotomia aut
farmatia vel proportionalibus illis que totam ex corpore
educãt mãꝫ ſꝫ exigentiã cãe. Sic ergo eradicabis mãꝫ pꝰ
eius ↄpletã digõnem ⁊ hoc vbi nã ex ſe talẽ euõnẽ non fa/
ciat ꝓut eſt cõſueta. Jnqt.n. G. Nã ꝑmo digerit. deinde di
uidit. deinde expellit niſi debilitata fuerit in predictis vel
ab aliquo ĩpedita ꝓut ante egeſtionẽ euacuet moleſtata.
Quare expectabis motũ eius ad euõnez predictã ꝙ ſi mo
uerit ipſa ſinere oportet ⁊ ſecundũ hyp. habere ſilẽtiũ tũc
melius eſt. Qꝛ ſi nõ mouerit moue tu hora poſt horã motꝰ
eius que ꝓprie eſt in ſtatu. Jn fine ergo eiꝰ aut declinatio/
ne mouebis: vt quod de ſuo minuitur cõpleas prout opor
tet. Et vndecunqꝫ natura repit ſi per conuenientem regio
nem moue tu: non tamen hora motus egritudinis vt peri/
odo in quãtum plus poſſibile eſt: ſed oportet vt tunc horã
eligas frigidiorem vt in ſinochis ⁊ concluſis que eſt hora
matutinalis que ſua frigiditate caliditatem ſinoche fe/
bris ipſius in tota ſui duratione conſeruatã contemperet
⁊ ab extrinſeco acquirat quod ab intrinſeco vel ex ſe habe
re nequiuit: aut hora temporis in cõtinuis proportionibꝰ
aut hora interpolationis ſeu quietis vt in peryodicis ⁊ in/
terpolatis vera quiete. Caue tamen vt in talibus febribꝰ
⁊ maxime peracutis hora eſtiua ⁊ conſtitutione conſimili
qualis ẽ canicularis ⁊ auſtrina moueas cũ farmacys val/
de calis ⁊ ſiccis ẽt ſi mãꝫ exvenis ĩ ꝑtes ſbcutaneas opor/
tet trahere. Jnquit enim hyp. in affo. Sub cane ⁊ ante ca/
nem ⁊ poſt canem moleſte ſunt purgationes. Anguſtiant
enim egrum ⁊ ad reſolutionem perducunt maxime ſi re/
ſolubilis ſit caliditate propria ⁊ malitia addita caliditati
febrili ⁊ aeris continentis ſupra reſolutionẽ ⁊ pereunt plu
rimi prout vidimus ab experto: quare oportet ꝙ cum be/
nedictis farmacys moueas ſtipticitatem habẽtibus qua/
le eſt reubarbarum ⁊ ſimilia: quibus ad euitandum re/
ſolutionez miſcebimꝰ aliqđ ex mirabol. generibꝰ: ꝓut opꝫ
ſuccũ roſaꝝ. ⁊ tamarindoꝝ q̃ ſua frigiditate caliditatẽ illo
rũ reſoluẽtez: ⁊ anguſtiãtẽ remittãt: humorẽ ĩſpiſſent: ⁊ po
ros ſua ſtipticitate ↄdẽſent ſic reſoluẽtez nocẽt. Et ex illis
ẽ charabe qđ ſua ꝓprietate illud auget: ſicut dicit Abo.

¶ Scđaꝫ rẽ q̃ alterat febris diſcraſiã ↄplẽt duo. ſ. q̃cũqꝫ
ex medicis fris ꝑ ſe vel ꝑ accñs actu vel potẽtia: ĩmediate
vĺ mediate: iteriꝰ ⁊ exteriꝰ approxiate vt ſupra corpꝰ: ⁊ ꝓ/
prie ſupra epar ⁊ cor ſm oẽꝫ adminiſtrationis modũ alte
rãdo ↄfortãt q̃ ĩ ſpecialiũ cura duce xp̄o dicenꝛ: ⁊ ex cura
effimeraꝝ ſunt note. Tertiũ ẽ ↄuerſio regis ad ſrm ⁊ hu/
midũ ĩ oĩbꝰ rebus nõ nãlibꝰ. Medicine aũt frigide iteriꝰ
miniſtrate ĩ talibꝰ putridis debẽt eſſe humide abſterſiue
lenitiue ſeu mũdificatiue que alterãdo putredinẽ mũdifi
cẽt ⁊ abſtergãt nõ ſtiptice q̃ ſtipticãdo recludũt: ⁊ ĩdigeſtũ
reddũt: niſi nã lenificata fuerit vltra modũ: quo caſu de/
bẽt oẽ ſtiptice mediocriter: q̃lia ſũt ex lenitiuis q̃ ex dictꝫ
ſuperiꝰ habuiſti in cura egritudinũ cordis. Et ex illis q̃ his
ſĩ ꝓp̄a: q̃dã ſĩ ſimplicia: q̃dã ↄpoſita. Et ſimplicia ſĩ aq̃ cu
curbite: citrulli: cucumeris ⁊ melonis indi aq̃ ordei: lactu/
ca cũ aceto. a quo acqrit abſterſionẽ ĩciſionẽ ⁊ apertionez
endiuia. lupulus: iuiube: ſebeſten: lac acetoſuꝫ a quo extra
ctũ eſt butiꝝ: ⁊ colatũ bene: ⁊ aq̃ frigida cũ çuccaro ⁊ ſiliũ:
Quidã tñ ſtolidoꝝ medicoꝝ hãc ĩtentionẽ ſequẽtes ↄce/
dũt febricitãtibꝰ talibꝰ ꝑdictoꝝ fructuũ nõ ſolum aquas
ſed ſubaꝫ ⁊ carnẽ: ⁊ alioꝝ fructuũ frigidoꝝ ⁊ humidorum
⁊ ſimiliũ ſtipticoꝝ ẽt indiſtincte ↄſiderãtes ſolã ↄtrarieta
tem q̃litatis in eis ad febrẽ coꝝ ſubam ⁊ ꝓprietatẽ nõ ad/
uertẽtes. qꝛ ĩdigeſtibilis ẽ ⁊ corruptibilis in ſtõ hũore cru/
do ⁊ aquoſo venas replet q ſanguinẽ ĩficit ⁊ corrumpit: ⁊
ſic putredinẽ auget: ⁊ febrẽ maxime ſi a ꝓprietate hñt: vt
ſunt poma ꝑſica acida ĩmatura. ⁊ humida. Unde. Gal. ait.
Sed illud memorare ſemꝑ: ꝙ ſi ĩdigeſtibiliũ aliqđ dige/
rat gs qui ex eis diſtribuiꝛ chimꝰ eãdem nãm hꝫ. Oportꝫ
ergo vt hãc ĩtentionẽ ↄpleas nõ cũ ĩdigeſtibilibꝰ ⁊ corru/
ptibilibꝰ q̃ꝫq̃ꝫ frigidi ſint fructibꝰ: ſed cũ his que ex fructi/
bus herbis vel alys que ĩdigeſtionez ac corruptionez quo
quomodo nõ habeãt generare: vt granata: pira ſicca: mo/
ra ĩmatura: ſebeſten: ⁊ ſiſia. Que võ ĩfrigidãt cũ ſtipticita/
te moderata his ↄuenientia in ꝑdictis caſibꝰ ſũt ſuccꝰ gra
natoꝝ mucoꝝ: ⁊ acetoſoꝝ: aqua limonuꝫ: ſeu acetoſitatis
eius. ⁊ citri. ⁊ aqua acetoſe: ⁊ allelnie agreſte: ſuccꝰ aq̃ mo/
ri berberis roſ. ſumach: ⁊ ſiliũm: ⁊ ſandali: q̃ ĩfrigidãt ⁊ cõ
fortant ↄplonem: ⁊ a ꝓprietate cor ⁊ epar: ⁊ per ↄſequens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0444-6
DFG

totū corp⁹. Et ex illis eſt gargariçare aquā frigidā ꝛ tene/
re in ore aliqḋ īfrigidans vt criſtallū ꝛ niuē ꝛ trahere nari
bus odores frigidos vt roſaꝝ ſandaloꝝ cāphore ꝛ aceti ꝛ
ſimiliū ꝛ īſpirare eos: ꝛ aerē īfrigidatū ab aqua necnō ꝛ cli
ſteriçari cū aqs fructuū predictoꝝ ꝛ oleo ro. ꝛ qñꝫ cū cam
phore pauco vt per oēs meat⁹ corpis īmittat̄ ēt ꝑ meatuꝫ
virge ꝑ quē lac intromittit̄ frequenter ꝑꝑ vrine ardorē q̄
in acutis fe. ꝯtingit frequēter. Et qḋē ꝯpoſita ſunt que ex
his ꝯponunt̄ in modū ſyrupi inleb: trociſcoꝝ: ꝛ decoctōēꝫ
ꝛ aq̄ fructuū quā in nr̄o antidotario poſuim⁹ elioꝝ quoꝝ
deſcriptiones ibidē fecim⁹ ſerioſe. Medicine vero exteri/
us approximāde frigide ꝛ humide ſunt q̄ per poros habē/
do igreſſum: ꝛ ꝑ ꝯtactū infrigidant ꝛ humectāt. Ex quib⁹
ſunt quoqꝫ ſimplices ꝛ cōpoſite. Simplices ſunt expoſitio
ad aerē frigidū ſed ſub diuo maxīe ſi ſit cōſuet⁹. balneatio
in frigida aq̄ digeſta mā̄ cōcurrentib⁹ alijs ꝯditionib⁹. nā
ſtatim venter erūpet colerica vel vomit⁹ aut ꝓuocabitur
ſudor vlīs ꝛ curabit̄ ſtatiꝫ. Et oleo iuncta vt roſ. de violis
de cucurbita ꝛ nenufaris ꝛ irroratio aque ro. in facie pulſi
bus ꝛ ſilib⁹: vt poſitio pedū ī frigida aqua. hec aūt nō ſolū
infrigidant ꝛ humectant ſed etiā nām a reſolutione preſ/
uant maxīe ſi ſubito fiant. retrahit̄. n. ꝑ ca nā ꝛ ſic ad cen/
trū attrahit̄ rſiduū. diſgregatio caloris ꝑꝑ febrē exceſſus.
ſic dixit Abo. Cōpoſita ſunt empla ꝛ epithimata ꝛ cerota
ex dictis ꝛ maxime ex roſ: ſandalis cāphora ꝛ acetoſa cro
co pauco cū aq̄ roſata: coriandro: endiuie vel mucillagis:
pſilij: cū aceto ꝛ aq̄ roſata applicata cordi ꝛ epati. eis eniꝫ
īfrigidatis totū corp⁹ frigidū fiet. Ingt. H. Si cor epar ꝛ
cereb꞉ ſint frida totū corp⁹ erit frꝫ. Et ꝓinde ſi applicent̄
capiti bonū erit ꝛ vtile. extiguēdo. n. ꝓhibēt aſcēſuꝫ fumo
rū ꝛ raptū māe q̄ eſt ꝓmpt⁹ in putridis ꝛ maxīe in acutis:
quaꝝ caliditas māꝫ ſubleuat ꝛ aſcēdere facit: vt dixit. H.
ſedat dolorē ꝛ ꝓuocat ſomnū qui nām diſgregatā a fe. re/
uocat ꝛ vniēdo confortat: ꝛ digerit ꝯfortādo ac humectat
niſi grauitas in eo ſit catarr⁹ ꝛ tuſſis quo caſu nocent ma/
gis q̄ꝫ ꝯferant extinguendo cū poros ꝯſtipent ꝛ colatoria
cerebri vapores mltos ꝛ groſſos ī capite aggrauatos quos
grauitas ipſi⁹ oſtendit: ꝓfunditas ſomni ꝛ humiditas na
rū ꝯgelant retinēt ꝛ ꝯprimēdo ipſos ad ſpūalia exprimūt
ꝛ ſic tuſſim augent. Quare oꝫ vt predcā ꝓhibeātur ꝛ ea q̄
repletionē capitis augēt. vt ē mulſio lactis ſuꝑ caput ꝛ ſta/
re in lumine lune. Tūc. n. his ꝑtermiſſis occupatio fiat in
his que poros ꝛ colatoria dilatāt ꝛ vapores maturēt ſubti
lient ꝛ reſoluāt vt eſt iclinatio capitis ſuꝑ vaporē aque ca/
lide tēperate decoctōis mellilotī ꝛ camomille ꝛ tertio ipo
rū ad īferiora cū fricationib⁹ fomētis mordicationib⁹ vē/
toſis in crurib⁹ ꝛ brachijs cliſterib⁹ ꝛ colirijs niſi vapor fue
rit colericus ſubtilis ꝛ acut⁹ quē cōtraria ſigna illis demō
ſtrant. q̄re ꝑdicta īfrigidantia ſupra caput applicata ꝯfe/
runt īſpiſſando in quo ſumptio papaueris albi ꝑſtat iuua/
mētū mirabile ꝛ ꝓuocat ſomnū. Et ex his que ꝑ accñs in/
frigidant eſt ſiōmia ꝛ collegogum. educēdo. n. humorē ca
lidū īfrigidant. Et balneū dulciū aq̄rū calidaꝝ in declina
tione. Et dyaforetica ex vnctionib⁹ epithimatib⁹ cataplaſ
matib⁹ ꝛ emplis cōcurrentib⁹ trib⁹ ꝯditionib⁹: q̄s. H. adiū
xit. Ad cui⁹. n. eſſe ſequit̄ calefactio ad ei⁹ abeſſe ſequit̄ in/
frigidatio. Cōuerſio aūt regiminis ad frigidū ꝛ humidū ē
alteratio reꝝ non nālīuꝫ oīum ad. illud: ex quib⁹ maxime
alterās īfrigidans ꝛ humectās eſt aer. Cū ergo nō eſt talis
ex tēpore vel ꝯſtitutione aut regione vel vicinitate flumi
nis ꝛ aliaꝝ aquaꝝ eligas terraneū ꝛ alterabis illud ad fri/
gidū ꝛ humidū. ꝛ ꝓhibitione igreſſus multoꝝ hominū in
talamū īfirmoꝝ fumoſitates ei⁹ expirare ex eis q̄ ꝑ anhe/
litū ꝛ ꝑ poros īficiūt aerē ꝛ īflāmant. Sicqꝫ thalam⁹ hñs
feneſtras aptas ꝑ quas īnouationē aer recipiat: ꝛ igrediat̄
ventus ꝛ ꝑꝑe borealis aut flabellet̄ ꝛ effundat̄ aqua frigi
da qua ſint etiā vaſa diuerſa repleta ex quoꝝ vno decur/
rat ad aliud ꝛ per modū trāſmutatiōis ꝛ embrocatōis. In
quit. n. Abo. Cū in aliqua eſtate venerit pluuia tēpore quo
eleuatur cui poſtea ſuperuenerit vent⁹ ſeptentrionalis bo
ni fiducia habetur ꝛ reſoluentur egritudines. Sintqꝫ ī eo
folia arboꝝ frigidoꝝ ſtrata ꝛ ſuſpenſa: ꝛ herbaꝝ boni odo
ris vt ſalicis vitis mirte: ꝛ nenufaris: ꝛ alioꝝ: nō q̄ ex aquis
ſtantib⁹ colligant̄. Sintqꝫ vaſa plena folijs ꝛ florib⁹ redo
lētib⁹ vt ſūt roſe viole nenufar. mirta ꝛ ſilīa. Et irroratio/
nes ex aqs ipſoꝝ ꝛ ſandaloꝝ: ꝛ cāphore ī qb⁹ aliq̄d ſit mix
tū vini odoriferi vel aceti: ꝛ in eo ſtratus ei⁹ ordinatus nō
ſuꝑ plumā ꝛ paleas ſed mataraciū de lana vel coto ordina
to in leteria de reti: vt mos erat decumbere āntiquoꝝ ꝛ ſu
per mataraciū ꝛ deſuꝑ cooꝑtoriū de corio ſicut arabes ia/
cent ꝛ cooperiant̄ cooꝑtorio qḋ non valde adhereat cor/
pori: dormiantqꝫ ſua hora in eo: qm̄ ſomnus īfrigidat eos
exterius ꝛ humectat eos iterius. nec ꝓfundet̄ in eo valde
qm̄ inflāmat vt ſuperius dcm̄ eſt. Quieſcant non moueā/
tur qm̄ quies eſt infrigidans ꝛ humectans: motus vero ca
lefaciens ꝛ exiccans. Eſt tñ cū motus nocet febricitantib⁹
talib⁹: vt cū eſt fortis in ꝑncipio fact⁹ exñte plectoria ꝛ ca/
chochimia non digeſta: qm̄ eo nō euātur plectoria ꝛ cacho
chimie digō īpedit̄ ad putrefactionē cōmouet̄ ꝛ ad perio/
dū īcitat̄. euātur idigeſta diſcraſia. febrilis auget̄. ꝛ virt⁹
corpis d̄bilitatur ꝛ mēbra. Et ēt cōfert vt cū plectoria nō
aſſit ſed cachochimia ſola digeſta vel etiam non digeſta.
Sitqꝫ ſuauis in lecto de latere in lat⁹ mouēdo ſe: qm̄ eſt cō
ueniēs qui hꝫ emitriteū ꝛ febres ꝯpoſitas ꝛ flegmaticas.
Et cū eſt debile corp⁹ fit reſolutio intima. Illis. n. eſt ꝯue/
niēs quos febres debilitauerūt: ꝯualeſcētib⁹ qm̄ facit dor
mire: ꝛ vētoſitates diſſoluit. Et ꝯfert reliqs egritudinū ca
pitis. ſicut ſtupori ꝛ oblliuioni: ꝛ cōmouet deſideria ꝛ nām
excitabit. Dixit. H. ꝛ Abo. Cib⁹ ꝛ potus ſit frigidus ꝛ hūid⁹
potētialr̄ vel accidētalr̄ ex ſe vel admixtione: de quo īfra
xp̄o duce dicet̄. Minuat̄ minoratiue vſqꝫ ad ſtatū: tūc di/
geſtione ꝑfecta eradicatiue: ꝛ repleat̄ ꝓut virt⁹ in tollerā/
do vſqꝫ ad ſtatū morbi reqrit: ac exigit corporis diſpoſitiō.
Seruet̄ iocūdus. ꝓut melius poterit: ꝛ cū promiſſione ci/
te ſalutis. Cū aūt īfrigidat̄ de his febrib⁹ caue ne īfrigida/
tio ad exceſſuꝫ ꝑueniat. Eſt. n. cauſa tūc idigeſtionis mate
rie oppilōnis ꝛ deiectōis v̄tutis. Ingt. n. Abo. Ampli⁹ acu
toꝝ morboꝝ digō v̄tutē extiguēdi ꝓhibꝫ: lꝫ aliq ꝓcurent
ad deſtruēdā hāc ſentētiā: ꝛ ignorēt q̄ forte extictio dey ē
v̄tuteꝫ: quapꝑ oꝫ vt paulatim ꝓcedas ad ſufficiētiam quā
nālis ꝯplexio tibi īſinuat: vt ſuperius dictū eſt. Et caloris
q̄titas ſeu calitas: in forti. n. calore febriuꝫ vt acutaꝝ oīa
predicta vel plura ꝛ fortia miniſtrabis: in remiſſo vo aliaꝝ
aliq̄ ex eis ꝛ leuia erūt ſufficiētia. Et caue ne īfrigidatio ca
dat in hora ꝑncipalis paroxiſmi: lꝫ paꝝante: nec in augmē
to: nec in declinatione cū ſit hora obſeſſiōis nature ꝛ reſo/
lutionis māe ꝛ ſudoris: ſed in hora feruoris ꝛ ſtatus: ſꝫ nec
fugias ipꝫ paroxiſmū cū narcoticis que ꝯſtipādo meatus
replēdo mām: ꝛ cōgelādo: virtutē quoqꝫ ſenſibilē ſtupidā
in faciēdo produm ꝓhibent ꝛ retardant. Et qm̄ talia de/
ſtruūt nām que ad medicū ſpectāt. Dicit nāqꝫ. H. Medi/
cus eſt adiutor nāe nō deſtructor. Sed frigida exteri⁹ mi/
niſtrant̄ ſupra ꝑncipalia. ſ. epar ꝛ cor: ꝛ ſtōm ꝛ ēt dorſuꝫ ꝓ/
pter dicēda īferi⁹ in caplō de ethica cām. Cūqꝫ ꝑncipalib⁹
frigida miniſtrabis: nō expoliabis ea ab aliquo calido ap/
propriato ꝛ aromatico: qḋ calorē ꝛ ſpiritū in ſua radice cō
fortādo defendat a nocumēto ipſoꝝ. Et ꝓpterea cū appli
cabis eis illa exterius oꝫ vt locū circūſcribas applicatiōis
ipoꝝ: ne friditas extēdat̄ ad intima: ꝛ ledat. Cū ergo appli
cabis in dextro hypocūdrio ſupra epar ſecedes a falſis co/
ſtis ne īfrigidando ad dyafragma ꝑueniat: ꝛ hanelitū red/
dat difficilē. Quo caſu docuit. H. auferre illō ꝛ calefacere



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0445-2

locū cū aqua calida:camomille vel abſinthy:ꝛ oleo ei⁹ nō
ſi.n.ita emendeꝰ ꝑducet frequēter ad mortē. Nec ſint ita
applicata exterius aut frigida valde. teneꝰ.n. ex eis natu/
ra in ſuis ꝑncipys:ꝛ dēſando poros ꝓhibēt virtutis igreſſū
Sint ergo tepida ꝛ cū eis aliqua ſubtilia facientia ſubitra
re admixta. ¶ Sꝫ dices ob qd frigida ſupra totū corp⁹ ex/
terius applicari docuiſti non ſup ꝑncipalia tm̄ ꝛ per aereꝫ
īfrigidatū qui non interius tm̄ ſed etiā totū corpus exteri
us tangit cū cōſtipent poros ꝛ ſic tranſpirationē ꝓhibeāt.
que eſt cā accenſionis febrilis caloris magis ꝙ̄ extinctōis
ſicut ſupra in cura effimeraꝝ ī gn̄ali mōſtraſti. ¶ Cui fal/
co rn̄dit ꝙ caliditas febris parificaꝰ in potētia aperiendo
poros potētie frigidoꝝ ꝛ ꝓprie aeris in ꝯſtipando eos ꝛ ſu
perat:qḋ pꝫ qꝛ reſoluit corpus non obſtāte illa. Calor quo/
qꝫ cōfortaꝰ nāl'is ex cōtemperantia quā recipit ab iſto ēt
parificaꝰ ꝛ ſuperat omnib⁹ ꝛ ſupflūitates reſoluit ꝛ ſi non
ſenſibiliter ſemꝑ oculte tamē ꝙ̄ꝙ̄ reſponſionem dederit
Abo. dicentibus ꝙ mulieres habitantes in ſeptentrionali
bus ſunt ſteriles qm̄ eoꝝ matrices propter loci frigidita/
tē ꝛ ſiccitatē fiunt īmunde dicens ille. Ego autē dico ꝙ ca
loris īnati eaꝝ fortitudo parificaꝰ ei qḋ minuiꝰ ex cauſis
que fluere faciunt ꝛ laxāt exterioribus. ¶ Tertia res que
ſtudiū ponit in vita ꝛ virtute cū dieta cibi ꝛ potus ꝛ aliarū
reꝝ regie debito vt eſt dictū. Cōpleꝰ cū vſu ipſoꝝ compe/
tenti virtuti ꝛ febribus. Sumiꝰ enī cibū ꝛ potū dandi itē/
tio ſcd̄m. G. ꝑncipaliter a virtute. ꝯ̄ter a morbo ſicut ecō/
uerſo intētio medicādi. ꝯſiſtit aūt talis ꝯpetentia in condi
tionib⁹ obſeruandis debite ꝓut ꝯueniunt virtuti ꝛ febri.
Jngt.n.G. hec igiꝰ oīa nunc dicta genera ſalubriū cauſaꝝ
māe quedā ſunt. Et cū ꝯpetenti vſu cāe fiunt ꝛ ſeruantes
ꝛ ſalutē ꝑſtantes. tales aūt cōditiones:lꝫ plures ſint: quas
hyp. in ſuis affo. poſuit attendas. ſ. q̄litas ꝙ̄titas tēpus mo
dus ꝛ artificiū: qḋ addit ioāniti⁹. potiſſime tn̄ ꝛ ꝑncipales
ſcd̄m. G. ſunt due. ſ. ꝙ̄titas ꝛ q̄litas eius qḋ offerꝰ īdigenti.
Quantitas vero attendenda in feb. ſicꝰ in ceteris māl'ibus
morbis ſm hyp. duplex ē. ſ. ꝯtinua ꝛ diſcreta. ꝯtinua ē mul
tū dare vel groſſum cibūꝫ paꝝ vel ſubtilē. diſcreta eſt fre/
quenter ſeu pluries dare vel raro ꝛ ſemel. vſus vero ꝙ̄tita
tis ꝯpetenter talis ꝯtinue in talibus fe. ſicꝰ in alys māl'ib⁹
morbis a tollerantia virtutis reſpectu ſtatus eaꝝ eſt aſſu/
mēdū. ſm.n. ꝙ virt⁹ eſt potēs tollerare vſqꝫ ad ſtatū earū
ita dādus ē cib⁹ vt ſiquidē tollerare poſſit ꝯplete abſqꝫ ci/
bo nullus cib⁹ ſeu dieta vltime tenuis eēt dādus vt circa
digōnē māe diuiſionē ꝛ euōnē nā nullaten⁹ īpediaꝰ diſcre
ta a cibo delectabili vſqꝫ ad ꝑfectionē ipſius. ꝙ hyp. in ſuo
affo. oñdit dicēs. Cōtēplari aūt oꝫ ꝛ egrotātis virtutē vtꝝ
ſufficiat dieta vſqꝫ ad ſtatū egritudis an illa ꝑus deficiat ꝛ
obtundaꝰ. Et qꝛ virtus ē multiplex in tollerātia ꝛ diuerſa
ſtatus ēt multiplex ī longitudine ꝛ breuitate ac diuerſus.
Cib⁹ quoqꝫ q ꝓprie ad ꝯfortandū virtutē non morbū ē or
dinat⁹. Et ſic oñdit. G. di. Ut ergo virt⁹ nutriaꝰ ꝛ nō morb⁹
dietātur īfirmi. erit in groſſicie ꝛ ſubtilitate multiplex ꝛ di
uerſus ſꝫ tenorē aut tollerantiā virtutis diuerſam reſpe/
ctu diuerſoꝝ ſtatuū fe. cib⁹ ſubtilis vel groſſus diuerſimo
de ꝯcedaꝰ. Que hyp. in ſuo affo. mōſtrauit di. Quib⁹ ergo
ꝯtinuus ē ſtat⁹ ꝯtinue tenuiter reficere. qb⁹ vero lōgi⁹ ad
illud ꝛ an̄ illud paꝝ ē auferēdus. ꝑus vero vberi⁹ reficere
vt ſufficiat egrotās. ꝙ ēt oñdit in alio affo. dicēs. Quib⁹ er
go ſcd̄m acumen egritudo ꝯtinuos ꝛ vltīos labores hēt cō
tinuo reficere. vbi vero meli⁹ vberi⁹ reficere ꝛ tm̄ ſubcon
deſcendere ꝙ̄tū egritudo melior vltimis fuerit. Et. G. ſta/
tus ē cū labores ꝛ accn̄tia vltimanꝰ quo dieta ſubtiliſſima
ē vtēdū lꝫ hyp. videaꝰ ꝯ̄riūꝫ alibi dicere. Accn̄tib⁹ virtutē
diſſoluētib⁹ ilico cib⁹ ē dandus ſꝫ ſuū ſermonē dixerit ad
accn̄tia nāꝫ cāe hn̄tia nō per modū furie moleſtātia. Sciē
dū eſt ergo ꝙ virtutis tenor ītollerātia abſqꝫ cibo ē diuer/
ſus ſm diuerſitatē corpoꝝ īfirmoꝝ. Jn robuſtis.n. corpo/
rib⁹ in qb⁹ crudi ſunt humores groſſi ꝛ viſcoſi: ꝛ multi hu
moris cōgelatio ſolida ꝛ pori dempſati in febrib⁹ virt⁹ eſt
diuti⁹ tollerans abſqꝫ cibo maxime ſi etas ꝛ cōſuetudo in
hoc concurrūt ꝛ alie ſimiles circūſtātie. Jn cōtrarys eniꝫ
breui⁹ ꝛ maxie ſi ſtōs ſit debilis recipiēs colerā ꝛ ī medio
crib⁹ mediocriter qḋ ſꝫ magis ꝛ min⁹ multipliciter varia
tur. Jngt.n.G. in eo ꝙ ſꝫ magis ꝛ min⁹ eſt variabile innu/
merabiles d'fie ſunt. ¶ Jtē febriū ſicut aliaꝝ egritudinū
māl'iū quedā ſunt acute quaꝝ termin⁹ ē in. xl. diebus q̄dā
cronice q̄ vlteri⁹ ꝓlongaꝰ. Jtē acutaꝝ q̄dā ſunt acute ab/
ſolute q̄ in. xiiij. dieb⁹ terminanꝰ: q̄dā valde acute q̄ in. vij.
q̄dā valde ꝑacuteq̄ in q̄rta vel ꝑma. Et quedā ſunt acute
ꝓpinq̄ cronicis dicte cōuerſiue q̄ a. xiiij. vſqꝫ ad. xx. ꝓlon/
ganꝰ ꝛ ibi terminanꝰ: ꝛ in eo qḋ ē īfra eos: ꝛ q̄dā ſunt croni
ce q̄ a. xx⁰. vſqꝫ ad. xl^m. ꝓlonganꝰ ꝛ terminanꝰ: ꝛ in eo ꝙ ē
īfra illos. ꝛ cronice ſūt q̄ ꝓlōganꝰ vltra. xl. vt ad tp̄is mu/
tationē vel ān̄ū vel vltra termineꝰ ſꝫ etates vt in mulie/
rib⁹ apud eruptionē mēſtruoꝝ vel epilēſia pueroꝝ vel in/
fantiū q̄ mutaꝰ a iuuētute ꝛ īfra tp̄s illud ſꝫ magis ꝛ min⁹
Cib⁹ ergo ſeu regimē ſeu dieta q̄dā ē tenuis q̄dā groſſus.
quidā vero mediocris. Mediocris abſolute eſt kiſt ordei
Subtilis quidam ſubtilis vltime. quidaꝫ non vltime. qui
eſt inter mediocrem ꝛ vltime ſubtilem ꝛ eſt multiplex:
ſm ꝙ magis ꝛ min⁹ accedat ad nām illoꝝ alteri⁹. Quidaꝫ
enī accedit ad nām vltime tenuis: vt ē granata: hidromel
ſimplex ꝑlime ꝯmixtiōis: q̄dā accedit ad nāꝫ abſolute me
diocris: vt q ē ex olerib⁹ f'ris ꝛ hūidis: vt ex attriplicib⁹ ſpi
nachys: bletis: lithis: boragine: ꝛ ſilib⁹: q̄dā iter illos ſtās ī
medio: vt ē aq̄ ordei ī ſua latitudine. Groſſus quoqꝫ cibus
q̄dam eſt q eſt abſolute groſſus: vt eſt cib⁹ ſanoꝝ iſtis non
conueniēs. q̄dam nō abſolute. ꝛ hic ēt eſt multiplex ſm ꝙ
magis accedit ad naturā groſſi ad equalitatem: ꝛ vere me
diocris ab eq̄litate. Quidā.n. ipſi⁹ ē q accedit ad nāꝫ groſ
ſi abſolute: vt ſunt galine: ꝛ q̄dā accedit ad nāꝫ mediocris
abſolute: vt ē panis ſimule ſolut⁹ in aq̄ frigida hn̄ vt calidi
tas frumēti ꝛ fermēti ēt extiguaꝰ. Et q̄dā ē medius iter il
los adhuc latitudinē hn̄s q̄dā accedit ad lat⁹ galinarū vt
ſūt extrema ipſaꝝ: ꝛ pulli. Et q̄dā ad lat⁹ panis: vt ſꝰ piſces
parui: ꝛ q̄dā vere ſtat ī medio oīum: vt ꝑdices ꝛ oua ſorbi/
lia ꝛ pauca. quos cibos varie miniſtrabis febriētib⁹ ſm te
norē ꝛ tolerātiā virtutis febriētiū vſqꝫ ad ſtatuꝫ ipſaꝝ fe/
briū diuerſuꝫ ꝛ ꝯpletū: vt ī valde ꝑacutis des eis vltīe ſub
tilē: vt nihil: ꝛ ꝓprie in hora criſis. Et ad cautelā dare oꝫ ali
q̄d ſucci granatoꝝ vel iuleb: ꝛ nō aliud niſi accn̄tia ſupue/
nerint v'tutē diſſoluētia. Jn ꝑacutis fe. des aquā ordei ꝛ iu
leb cōmixtionis pauce. Jn acutis abſolute chiſt ordei. ꝛ in
alys alios ſm diuerſitatē ipſoꝝ ī acuitate ꝛ lōgitudine: vt
appropēs ſingulos ſingulis qb⁹ ꝯueniūt. al'r āt ſunt diffici/
les: vt hy. ī ſuo affo. oſtēdit cū dixit. Tenues ꝛ certe diete ī
diuturnis q̄dē paſſiōib⁹ ꝛ in acutis qb⁹ nō ꝯueniūt diffici/
les. Et cū ambigua ſit tibi v'tutꝫ potētia ꝛ tp̄s ſtat⁹ adeo ꝙ
ꝙ̄titatē cibi limitare nō poſſis: oꝫ vt d'clinatio tua ad dimi
nutioneꝫ ſit magis ſi v'r⁹ tollerare q̄at. ꝛ egritudo ſit ī ſtatu
Aliter āt igroſſare ē tuti⁹. Jngt.n. hyp. Jn tenuiſſimis die
tis peccāt egrotātes. Quātitatis v'o diſcrete ꝯpetens vſus
aſſumiꝰ ex tenore virtutꝫ in robore ac q̄litate corꝑis: ac ēt
morbi nec nō ex ꝯſuetudine etate tp̄e ꝛ ſilib⁹: ꝓut hyppo.
ī ſuo affo. docet cū dicit. Et qb⁹ ſemel aut bis: aut amplius
dādū ē aliq̄d ꝛc̄. qḋ. G. ꝑtractās ſpecial'r declarauit. Qua/
litas ēt cibi ꝯpetens oīb⁹ febricitātib⁹ eſt hūida: maxime
v'o ſi puri ſint: ꝛ in hūidis aſſueti: ſicꝰ hy. in ſuo affo. mōſtra/
uit. Quā hūiditateꝫ in cibis hyp. inter alias q̄litates maxi
me comēdauit. Cū nāl'ia ſimul ꝯſeruet: ꝛ qḋ ꝑter nām eſt
ſubalteret: ꝛ ad id qḋ eſt ſm nām adducat. Et ſi frigiditas
illud ideꝫ faciat ī febricitātib⁹ frigidis nā etate ꝛ ꝯſuetudi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0446-8
DFG

ne:nõ tñ in õnib⁹ nec effectui fe.q eſt ↄſuptio ↄ̃dicet:nec
reſtaurabit humiditas que mãlis eſt q̃litas ⁊ ſubalis cibi:
ſiccitas quoqꝫ ⁊ ſi mãlis ẽ q̃litas ⁊ ſubalis ⁊ nãlẽ ſiccitatẽ
valeat ↄſeruare:fe.tñ non ſubalterat nec ei⁹ ĩpreſſioni reſi
ſtit:nec in oib⁹ ſed in ſiccis tñ ſic nec calitas.quapꝑ ⁊ hũi/
di ⁊ f̃ri cibi erũt ei magis ↄueniẽtes ⁊ magis in acutis ⁊ in/
ter eos magis chiſt ordei ſeu ptiſana ordeacea:quã hyp.in
ſuo yperiton iteriore de grano cibariũ maxĩe cõmedauit.
Potus vero ſit ydromel plurime ↄmixtõis ex melle can
ne in acutis:⁊ calis ⁊ ex melle apuꝫ in cronicis ⁊ f̃laticis ⁊
mixtis vel ex aq̃ ordei ſubtilis vl̃ ſucco granatoꝝ muçoꝝ
cũ f̃ra in acutis colicis ſi ſtõs tolleret vel in q̃ ſit virt⁹ ſub/
tiliantiũ ⁊ abſtergẽtiũ vt radic̃ fen.⁊ apy:vel ciceꝝ:in coli
cis f̃laticis vel mixtis ⁊ melicis ⁊ añ digõnẽ ⁊ maxĩe ſi ace
ſcat in ſtõ.q: ſi fridus:poſt digõnẽ v̉o ſit pot⁹ vini niſi fue/
rit aliq̃d q̃d ꝓhibeat ſic̃ capitis dolor ⁊ turbatio mẽtis. Qꝫ
ſi excuſari ñ poſſit q: appetat ⁊ delectet̃ dabis vinũ palea/
ris coloris ⁊ albũ:acetoſuꝫ virtute ⁊ coloris ſine odore:⁊ a
nocumẽto aq̃ vel vini p̉uatũ extitit pluſq̃ꝫ lipharũ poſt q̃d
paꝝ aq̃ dabis q̃ eius virtutẽ in capite minuit ⁊ mẽtẽ ↄfor/
tat ꝑut hyp.dixit. Tẽpus aũt ↄpetẽs ad cibãduꝫ ẽ duplex
vl̃e ⁊ pticulare:vl̃e q̃d in tota duratõe morbi ↄſiſtit i qua/
tuor diuiſuꝫ tpa in oi morbo ſalubri.ſ.pncipiũ augm̃tũ ſta
tũ ⁊ declinationẽ penes q̃ p̉dictã cibi q̃titatẽ ↄtinuã varia
bis vt a morbi p̉ncipio in quo dare expediat des q̃qꝫ die ⁊
totiẽs quotiẽs aſſuet⁹ fuerit niſi potiõis vl̃ cliſteris fuerit
neceſſe:tũc.n.pmiſſis illis ↄpleta opatõe eaꝝ ptiſana dan/
da erit. Jngt.n.hyp. Tẽpore quoqꝫ ſolutiõis nullũ ius cõ/
uenit ꝑpinari.ſolõne v̉o ceſſante de ptiſana ẽ dãdũ:minus
v̉o q̃ꝫ ↄuenerit:deiñ ſemꝑ addẽdo ꝓcedas donec pl⁹ det̃:
⁊ hoc ſi dolor q̃euerit.⁊ nullũ accñs obſteterit. Nec venas
exinaniri p̉us ꝑmittas trib⁹ dieb⁹ vel q̃tuor vel plus:deiñ
des vt mos erat antiq̃s cũ ſit valde nociuũ ⁊ nãe itollera/
bile q̃ repentinas mutatões nõ patit̃:ſed des vberi⁹ vt nã
tunc occupata in pugna confortet̃ habili⁹. Et ↄfortata in
hora pugne q̃ ſuccedẽtibus eſt tẽporib⁹ cũ diminutõe cibi
aliq̃ vel oimoda valeat ſuſtẽtari ⁊ icitata ad pugnã neq̃at
q̃uolꝫ ĩpediri:q̃ oꝫ oia.ſ.cibũ ⁊ medicamĩa p̉termittere:ſic
ergo in augmẽto ſubtiliabis ⁊ paꝝ dabis: ⁊ ſubtrahes oio
in ſtatu:⁊ dimiſſo cibo ĩtendes ad morbũ cũ medicamine.
Jngt.n.hyp. Jn oĩ.n.egritudinib⁹ in ſtatu poſitis ſi ptiſa/
na det̃ ilico morb⁹ ꝑiculo ſubiungat̃:⁊ maxĩe hora criſis:⁊
hoc ſi ſtat⁹ ⁊ hora criſis ſit breuis:vt ĩfra dies tres vſqꝫ ad
q̃uẽ in abſtinẽdo ↄueniũt plura corpora niſi in febrib⁹ apa
tũ in q̃b⁹ a p̉ncipio oꝫ ſubtiliare:⁊ paꝝ vl̃ nihil dare ⁊ q̃to
ꝓcedit digõ ⁊ expulſio magis q̃ in ſpoto oris hũori fcõ ap/
paret tãto magis ĩgroſſabis vel ptiſanã augmẽtabis. Sta
tus.n.in eis quo ad accñtia ẽ ĩ eaꝝ p̉ncipys:⁊ quo ad digõ/
nẽ diceré ⁊ expulſionẽ in ꝓceſſu in quo nõ oꝫ abſtinere to/
to cũ tps duratõis ei⁹ ſit longũ ex eo q̃ paulatine ſit dige/
ſtio ⁊ expulſio ⁊ nõ ſubito.vl̃ in breui ita q̃ nã in eo toto ſi
ne cibo tollerare nõ põt:imo ſic̃ digerit̃ ⁊ expellit̃ paulati
ne cibare opꝫ magis ⁊ magis ꝑut digõ ⁊ expulſio ꝓcedit.
Jn declinatõe vero ĩgroſſare vt nã debilitata ĩ pugna de/
coctõis ⁊ digõnis ⁊ euõnis reſumat̃ cibo circa cui⁹ digõnẽ
neq̃q̃ꝫ ĩpediat̃. Tẽpus v̉o particulare ẽ tps cibãdi ſꝫ vnã/
q̃qꝫ diẽ q̃d a circuitu ⁊ hora ꝑiodi ſeu exacerbatiõis aſſu/
mit̃.q: ſi certe p̉cognoſces q̃ ſit fe.ex ꝓuãtib⁹ ordinẽ añ ei⁹
aduentũ ꝑ tñ dabis:q̃ poſſit ẽẽ digeſt⁹.⁊ hoc ſꝫ diuerſita
tẽ febris ẽ diuerſuꝫ:ita q̃ nõ ſupueniat paroxiſm⁹ niſi tãq̃ꝫ
ventrẽ a cibo habuerit vacuũ:nec in p̉ncipio eius ⁊ cibũ ⁊
potũ ⁊ eius medicinas niſi aliud obſtet:q̃d infra in vltima
re cũ loquemur de regie regiõis x̃po duce dicem⁹:⁊ ſupra i
cura generali effimeraꝝ ẽ dcm̃. Et ſi dederis aliq̃d q̃d in vẽ
tre tunc remãſerit aut hũor ibi fuerit vel cucurrerit ꝓuo/
cationeꝫ vomit⁹ ſubtrahes ⁊ maxĩe ſi facilis fuerit ⁊ hũor

ĩpetũ fecerit ad os ſtõi. Jngt.n.hyp.in paroxiſmis ſubtra/
here oꝫ. Nec ẽt dabis in tota duratõe vſqꝫ ad q̃etẽ poſt de/
clinationẽ ꝑfectam niſi aliud ĩpediat ex his que dicemus
ſtatim. Jngt.n.hyp.in ſuo regis acutoꝝ. Cũ farmacaueris
ſorbitõib⁹ vtere attẽdẽs poxiſmis febriũ vt ne deſcis ici/
pientib⁹ nec p̉ñtib⁹ nec ad capiẽdũ appropinq̃ntib⁹:ſꝫ eis
deſinẽtib⁹ vel q̃eſcẽtib⁹ vel abſentib⁹.nec ẽt tũc des niſi fe
ces p̉mi cibi fuerit expulſe. Qꝫ ſi q̃etis tps ſit latũ vt añ ſu
per aduẽtũ paroxiſmi ſcõi cib⁹ ⁊ pot⁹ poſſit ẽẽ digeſt⁹ vt i/
terpolatõe vera ⁊ ampla q̃ete ſic̃ q̃rtanis ⁊ tertianis ciba/
bis vtiliter ⁊ abſqꝫ nocumẽto.ſi vero non ſit amplũ vt ne
queat digeri ĩfra illud tps:⁊ añ ſupuentũ paroxiſmi ſcõi ſi
cut ĩterpolatio ſic̃ ĩ f̃laticis ⁊ alys paroxiſmis ſubintratio
nes hñtib⁹ vel in ↄtinuis ꝓportionatis ſimplicib⁹ vel cõ/
poſitis ita q̃ oporteat accipe de declinatiõe ipſi⁹ paroxiſ/
mi añcedẽtis ne icidat in hora p̉ncipalr̃ ſubſequẽtis ciba/
bis ĩ declinatõe.q̃ ſi ĩ declinatiõe adhuc nõ ſufficiat ita q̃
oporteat accipe d̉ hora ſtat⁹ ꝓcedẽtꝫ p̉ncipy ſ̃bſeq̃ntis tũc
ↄſiderõne ĩdiget:vtraqꝫ.n.hora ẽ ad cibãdũ negata ⁊ ma
la vt ſupi⁹ dcm̃ ẽ. Nã ſiq̃dẽ ĩtẽtio q̃ a p̉ncipio ſupet ĩtẽtio/
nẽ ẽt q̃ a ſtatu ſumit̃ ĩ ꝓhibẽdo:vt q: accñtia aggrauatõis
nãe ⁊ ſuffocatõis q̃ appent ĩ p̉ncipio de ĩfrigidatõe forti ſu
beth:⁊ ſtupore ſint fortia.⁊ ſuperẽt accñtia ſtatus ex inflã
matiõe anguſtatiõe ⁊ reſolutione:vt q: ĩflãmatio fe.eſt in
ſtatu debilis:⁊ corpus ariduꝫ:tũc opꝫ ſumere de ſtatu p̉ce
dẽtis ꝑiodi.vt cibatio ñ ↄtigat ĩ hora p̉ncipal̃ ſ̃bſeq̃ntꝫ. Si
v̉o eꝫ ↄ̃riũ.⁊ maxĩe ſi cuꝫ f̃lone fuerit. Qꝫ ſi vtriuſqꝫ ĩtẽtio
ſit eq̃lis in ꝓhibẽdo de hora ſtat⁹ toti⁹ ẽ cape hoc de hora
p̉ncipali ꝑꝑ duo. Primũ ẽ q: ꝑiculũ ſuffocatiõis ĩ p̉ncipio
ex cibo ẽ mai⁹ q̃ꝫ retẽtiõis a pugna ĩ ſtatu.q̃nimo cũ pericu
lũ ſtat⁹ ſit reſolutiõis ꝑꝑ acumẽ morbi:⁊ moleſtia accñtia
ꝑ cibũ tali ꝑiculo ſubuenit̃.vt nõ fiat ſi fieri debeat:q: ĩua
leſcat morb⁹ ꝑꝑ retẽtionẽ nãe a pugna ⁊ reſiſtẽtia.⁊ reſol/
uat v̉tutẽ ⁊ corpa q̃ꝫ ꝑiculo ſuffocatiõis in p̉ncipio. Scõm
ẽ q: nocumẽtũ factũ ex cibo dato ĩ p̉ncipio extẽdit̃ ad oia
alia tpa paroxiſmi:nocumẽtũ vero ex cibo dato ĩ ſtatu nõ
trãſit ad aliud cũ declinatio ſola ſuccedit. Sed q̃d ſi opor
teat cibare ĩ augmẽto vel ſtatu. Nã ĩ p̉ncipio nõ potes ꝑꝑ
cãm iã dictã. ĩ declinatõe vel tpe ẽt nõ.q: ſuperueniat pa/
roxiſm⁹ alteri⁹ febris cũ ↄpoſita febre ſit:⁊ hora q̃etis p̉me
febris cũ ↄcurrat cũ augmẽto ⁊ ſtatu ſeq̃ntis febris: ⁊ ſub/
ĩtrãtis ĩ declinatõe ſupueniat paroxiſmus p̉me fe.redeũ/
tis ita q̃ ĩ declinatiõe nõ potes cibare cũ ſemꝑ occurrat in
p̉ncipio:⁊ v̉t⁹ eã lõgo tpe nõ valeat ſuſtẽtare. Certe hoc ca
ſu cibabis ĩ augmẽto: ⁊ ſi nõ ĩnocue: min⁹ tñ q̃ꝫ ĩ p̉ncipio ⁊
ſtatu cui⁹ ei⁹ ſit mediũ ĩter alia:⁊ ſapiat de nã illoꝝ:⁊ mali
tia:min⁹ tñ:eo q̃ nõ totalẽ illoꝝ malitiã hꝫ.q: tũc eẽt eoꝝ
alteꝝ:ſꝫ eoꝝ malitia ↄtẽperat̃ ĩ ipſo tanq̃ꝫ in medio extrẽ/
moꝝ. Qꝫ ſi paroxiſmi horã cognoſcere non poſſis certã.q:
ſit ex inordinate vagãtib⁹ iuxta hyp.ĩ affo. Nihil des niſi
cũ q̃daꝫ cõiectura. Et ſi ſupueniat paroxiſm⁹ aufer ex ap/
poſitis añ criſes. Unde hyp.ĩ ſcõo regis acutoꝝ ingt. Egri
tudines ↄſiſtẽtes debẽt ſeruari donec ſtẽt. ↄſiſtẽtes appel
lauit determinatũ tps afflictiõis.paroxiſmos nõ ſeruãtes
debẽt ſeruari: vt q: dieta certa ordinari nõ põt:donec hec
ad determinatũ ⁊ certũ tps affligendi deuenerint. Sꝫ cũ
coniectura v̉itati ꝓpinq̃ oꝫ vt p̉⁹ des. Mod⁹ v̉o cõpetẽs in
talib⁹ cibatõis febrib⁹ ſic̃ ĩ alys egritudinib⁹ mãlib⁹ a diſ/
põne v̉tutis ⁊ corpis hꝫ ſumi vt ab ĩtrinſecis cãis ⁊ extrĩſe
cis:vtputa tpis ⁊ etatis. Si.n.v̉t⁹ ſit fortis. ⁊ reſolutio pau
ci corpis ĩ febre:ſitqꝫ hyems:⁊ ĩ etate iuuẽtutis mltũ cibũ
ſimul datũ poterit ſuſtinere ⁊ digerere: ⁊ q̃d neceſſariũ ẽ cõ/
uertere:ſupfluũ v̉o expellere. nec ꝑmittet ĩ morbi mãꝫ ce
dere. Si v̉o eꝫ:lꝫ multo egeat:tñ ſil̃ tollerare nõ põt:q: ipꝫ
multũ diuidat̃:⁊ pluries det̃:maxĩe ſi ſtõi nã organica ⁊ cõ
ſimilis ↄcurrat cũ illis:vt q: tale corp⁹ habuit ſtõꝫ calidũ

rotundum paruũ ⁊ perpenſuꝫ ſupius ⁊ frigidũ: vt. G. mon
ſtrauit. Et in medijs diſpõnibꝰ mediocriter: Artificiũ qui
dẽ qḋ Joãnitius poſuit dꝫ eẽ tale: vt cibũ ſapidũ ⁊ delecta
bilẽ reddat ⁊ bene digeſtibilẽ. Jnqt. n. hyp. Paꝝ deterioꝛ
cibꝰ ⁊ potus ⁊ deteſtabilioꝛ qdem melioꝛibꝰ magis appetẽ
tibꝰ. G. quoqꝫ dixit ꝙ delectatio corrigit malitiã ⁊ magnã
partẽ ꝯfert ad digõnẽ. Cõueniatqꝫ feb. cãe quoqꝫ ⁊ accñti.
Regimen vero in alijs rebꝰ non nãlibꝰ vt breuiter trãſca
mus: ſit ꝓut conuenit feb. ⁊ accñtibus. vel equaliter: ſi eq̃
liter eaꝝ ĩtentio ĩſtet vel ineq̃liter ſi vnius ĩtentio alteriꝰ
ĩtentionẽ excedat. Cõplebit̃ aũt ꝓut ſupra in re ſcḋa ẽ di
ctũ. Et cũ coꝝ ꝯ̃rijs que ex illis ſunt nota: potens eni eſt al
tera pars ꝯ̃rietatis declinare ſe ipſaꝫ ⁊ oppoſitaꝫ. Ar. dixit
maxie ſolerti medico ⁊ expto. ¶ Quarta res ⁊ vltima ẽ il
la q̃ corrigit accñtia feb. putridis cõtingẽtia. Sciendũ aũt
ꝙ euẽtus taliũ accñtiũ eis ꝯtingit ⁊ ꝓꝑ feb. malitiã ⁊ exceſ
ſum ꝓꝑ putredinẽ ⁊ ꝓꝑ actionẽ ⁊ pugnã nãe ꝯ̃ mãm feb. ĩ
digerẽdo diuidendo ⁊ expellẽdo. tñ oĩa ĩdigent correctio
ne nec ſemꝑ. exiſtentibꝰ eni eis triplicis generis. Aliud. n.
qualitas mutata eſt. Aliud actio leſa: ⁊ aliud exiẽs a corpo
re ⁊ ꝯuenientibꝰ his oĩbus in hoc genere qḋ ẽ accñs. in q̃ꝫtũ
eni accñtia ſunt ⁊ moꝛbũ ſequunt̃ ſic̃ vmbꝛa corpus nul
lã in ſe hñt curatiuã ĩtentionẽ ſꝫ ſolũ ĩtentionẽ curatiuam
moꝛbo remanẽte ꝓprie ſic̃ ꝑ cuſtodia cãe. ſcḋꝫ accñs vero
curã ĩdicare põt in q̃ꝫtũ ſua magnitudine excedẽdo ledũt
magis virtutẽ ⁊ diſpõnẽ: nec ceſſent ſil̾ cũ diſpõne nãꝫ cãe
hñtia: ⁊ ſic cogũt medicũ derelinquere curã moꝛbi ⁊ ĩten
dere ad correctionẽ ipſoꝝ ⁊ ꝓprie actio leſa exiẽs a corpo
re. Qualitas vero mutata cũ nõ excedat ⁊ ledat virtutẽ ⁊
diſpõnẽ ſic̃ illa: ſed ſit ſignũ diſpõnis ceſſans ſil̾ cũ diſpõne
q̃ curat̃ nullatenꝰ ĩdicabit curã: ⁊ lꝫ ſiccitas oꝛis: ariditas
lĩgue: ⁊ obfuſcatio eiꝰ correctionẽ habeãt cuꝫ ſint q̃litates
mutate: illud tñ ẽ inq̃ꝫtũ actionẽ oꝛis ⁊ lingue ĩpediunt ⁊
alijs mẽbꝛis nocumẽta inferũt: qbus miniſtrãt vapoꝛeſqꝫ
trahũt ad caput: q cã ſunt q̃nqꝫ ſirſen. ¶ Sciendꝫ prete
rea ꝙ accñtiũ taliũ ĩdigẽntiũ correctiõe: qꝛ magna ſunt ⁊
difficilia. quedã antecedunt q̃nqꝫ febrẽ vel cũ ea ĩcipiunt:
vt rigoꝛ oꝛipil̾o ⁊ frigus anomalia friſa ⁊ breuiter mutata
⁊ ſeq ſi debẽt vt vmbꝛa ſi ſeqtur coꝛpꝰ tñ antecedere vide
mꝰ ex eo ꝙ nõ feb. accñtia ꝓprie ſunt ſꝫ alteriꝰ moꝛbi vt ſo
lutionis ꝯtinuitatis ⁊ ſubite alteratõis ĩducte non a feb. ſꝫ
a ſui mã apud motũ eiꝰ de venis ad minerã putredinis. Et
ſi dicant̃ eẽ accñtia feb. diũr tñ large inq̃ꝫtũ feb. attribuun
tur q̃ ꝓncipalis eſt moꝛbꝰ. Et tũc ſi añcedit nõ tpe ſꝫ ꝓprie
tate nãe ĩherẽte hũoꝛi apḋ motũ eiꝰ in faciẽdo ꝑiodicã fe.
ſic̃ rumoꝛ inimici ĩſultantis. quedã ſequunt̃ feb. ĩmediate
vt actio leſa ſic̃ doloꝛ capitis vehemẽs. vel alterius mẽbꝛi
vigilie foꝛtes ⁊ ĩſtãtie ĩpaꝝ aliẽatio: ꝓfunditas ſomni mł
ta ſubeth q̃ nõ ꝓprie fe. ſequunt̃ ſic̃ ꝑdicta ſꝫ malã ꝯplõnẽ
mãe vapoꝛalis mł̃tiplicate in cerebꝛo ꝓꝑ feb. q̃ fumos ex
putredĩe reſoluta ſubleuat ad caput. ⁊ ibi ꝓꝑ nãm cerebꝛi
ꝯgelant̃ ⁊ ꝓpe in ꝓncipio paroxiſmi ⁊ ſubeth faciũt ſic̃ añ
ꝯgelatiões alienatiões ⁊ vigilias ⁊ ex illis ẽ ſternutatio cõ
tinua tuſſis caſus appetitꝰ boliſmus appetitꝰ caninꝰ ⁊ ſin
gultꝰ. ¶ Et quedã mediate vt exeũtia a coꝛpoꝛe ſicca: flu
xus ſanguis nariũ: vomitꝰ laboꝛioſus: fluxus vẽtris ⁊ vrie
⁊ ardoꝛ ipſiꝰ fluxus menſtruoꝝ ⁊ emoꝛoidaꝝ ⁊ ſudoꝛ plu
rimus ⁊ diafoꝛeticus. ¶ Hec oĩa actõe leſa mediãte moꝛ
bũ ſequunt̃ cũ oĩa ad foꝛtitudinẽ virtutis ⁊ debilitatẽ ni
tant̃: ſic̃ Abo. dixit. Et cũ de plurimoꝝ correctiõe in ꝓma
⁊ hac ſectiõe ſufficiẽter ſit dictũ hic pertranſibimus ſucci
cte: de qbꝰ vero dcm̃ ẽ amplius ⁊ ſufficiẽter dicamꝰ ⁊ ex il
lis ẽ rigoꝛ ⁊ oꝛipilatio ⁊ ſil̾r frigus ⁊c̃. ¶ Sciendũ aũt ꝙ ri
goꝛ ẽ ĩpotentia continẽdi mẽbꝛa a ſua cõmotione. Eſt aũt
in talibꝰ febꝛibꝰ multiplex añs febꝛẽ qui in ĩterpolatis eſt
plurimũ ⁊ q̃nqꝫ in cõtinuis. Alius ẽ ĩtercidẽs. alius ẽ ſeq̃ns
⁊ hic eſt triplex: ante criſim: in criſi ⁊ poſt criſim ꝯtingens
Primoꝛuꝫ triũ cauſa eſt potentia virtutis expulſiue lacer
toꝛum in membꝛis cõmouentis ipſa ad excutiẽdũ humo
res ſua multitudine ⁊ acuitate nocente ⁊ pungentes lacer
toꝝ paniculos quibus effundunt̃ apud ſubitum motũ eo
rum de venis ad extra. quare ſanguinis caloꝛ ⁊ ſpiritus ad
interioꝛa verſus pectus ⁊ coꝛ tanq̃ꝫ ad ꝓncipium retrahit̃
⁊ coadunat̃ ⁊ infrigidant̃ extrema ⁊ tremunt non ſuſten
tata. Alioꝝ duoꝛũ cauſa eſt diuerſa. Et intercidẽtis quidẽ
cã eſt terroꝛ nature: a malitia ⁊ cauſa mãe cuꝫ fuga ipius.
Tertij vero ⁊ eiꝰ qui antecedit criſiꝫ cauſa eſt q̃ ꝓmi accñ
tis in criſi: vtputa in ſudoꝛe cã ẽ eadem que ſecũdi ⁊ ẽ ma
lum ſignuꝫ. vnde hyp. in afõ. ait. Jn ſudoꝛe rigoꝛ malum.
Sꝫ eius q̃ ſequit̃ criſiꝫ q ẽ de natura frigoꝛis vł̾ oꝛipilatio
nis magis cã eſt frigiditas ſuccedẽs caloꝛi reſoluto febꝛis
⁊ euacuationi eius mãe calide cum nã debili remanente.
Et quidem cauſa eius eſt quandoqꝫ exterioꝛum vt ſubita
effuſio aque feruentis vel alterius conſimilium ſupꝛa cu
tem. Et illud in ſanis plurimum accidit. ¶ Sed antece
dens criſim correctionẽ nõ habet: dicente hyp. in afõ. Ea
quoꝝ criſis fit ĩfecta ẽ eq̃l̾r non mouere oꝫ neqꝫ nimiũ fa
cere niſi ſupfluat: quo caſu fricatiões ⁊ calefactoꝛia pñt cõ
cedi: q̃ mãm de ĩterioꝛibꝰ ad exterioꝛa iuuẽt nãꝫ in criſi ſu
perueniẽte ĩ criſi. qꝛ ſignũ moꝛtis ẽ vel diſtricte criſis: q̃re
ꝓnoſticis ſũt dimittẽdi ſignis ĩfirmi. Sequẽs criſiꝫ ꝑ ſu
doꝛẽ ẽt nõ cũ de ſe ceſſet: ⁊ facilis: ⁊ tãqꝫ ex leui ꝯtingẽs cã
vt cũ calefactoꝛijs ſimplicibꝰ: ⁊ cibis ⁊ potibꝰ calidis reſu
mẽtibꝰ. Jntercidẽs quoqꝫ nõ. qꝛ raro ẽ: ⁊ cũ accidit eodem
mõ ſuꝰ exceſſus corrigit ſic̃ añtis fe. Cuiꝰ correctio ẽ q̃nqꝫ
res ſuis cãis q̃ ſm̃. G. ſunt corñdẽtes effectui. Pria ẽ hũo
ris multitudinis minoꝛatio q̃ ipſiꝰ ẽ cã. Cõplet̃ aũt vomi
tu ĩ eiꝰ pſentia cũ cal̾a aq̃: q̃m minoꝛat atqꝫ eradicat mãꝫ
paroxiſmi: vt dixit Abo. ⁊ calefac̃. Cõplet̃ quoqꝫ purgatõe
añ eiꝰ aduẽtũ: vel declinãte paroxiſmo cũ reub. mirabol.
citrinis: yeris ꝯpoſitis. ⁊ alijs leuibꝰ cũ ſuauitate reſoluẽti
bus abſqꝫ cõmotiõe hũoꝛis: ⁊ cuꝫ euãntibꝰ ꝑ hoꝛã ꝓmiſſis
hñtibꝰ humoꝛẽ ꝓpriũ diminuere. ⁊ ꝓprie vbi vomitꝰ non
ſit poſſis ⁊ rigoꝛis vehemẽtia ſit mł̾ta: ⁊ ꝓinde cogimur dare
dyagridiũ ⁊ agaricũ vbi mã ſit mixta: ⁊ vbi fra oppopona
cũ: ſerapinũ: dyaſinicon: ⁊ pillulas fetidas ſi nõ ꝓhibeat fe
bꝛis. ¶ Scḋa res eſt moleſtãtis acuitatis ipſiꝰ ⁊ pũgẽtis
obtuſio. Cõplet̃ aũt cũ cibis ⁊ potibꝰ ⁊ medicinis ĩfrigidã
tibꝰ ⁊ ĩſpiſſantibꝰ ĩ hoꝛa getis añ rigoꝛẽ exhibitis. vt ſit fru
mẽtũ coctũ vel cõdrũ lẽtes ⁊ faſeoli ru. extrema ⁊ viſcera
aialiũ: ⁊ vina parũ aceti habẽtia: vel cuꝫ eo ꝑparata aq̃ fra
⁊ vinũ ſpiſſuꝫ ſtipticũ ſi nõ ꝓhibeat febꝛẽ: lactuca: coꝛiãdꝝ
ſiccũ ⁊ hũiduꝫ: poꝛtulaca: iuiube. ⁊ ſilia: vt pruna ſiracoſt.
caſſiafi. ⁊ ſilia q̃ remittũt feruoꝛẽ ſãguis. ⁊ colere educẽdo
cã. Tertia ẽ q̃ ſubitũ hũoꝛis motũ ⁊ õliberatiões ſiſtit. Cõ
plet̃ aũt gere coꝛpis adeo ꝙ ſi qeſcãt nõ rigẽt niſi moueã
tur ⁊ ſtipticis ⁊ põticis: ⁊ ĩgroſſantibus dictis. Quarta eſt
que ſenſum membꝛoꝝ reddit obtuſum. Complet̃ autem
cum ꝑdictis ĩſpiſſantibus ⁊ infrigidantibus: ⁊ cuꝫ narcoti
cis: ⁊ cuꝫ opiatis vbi foꝛtis ſit: ⁊ multiplicetur rigoꝛ: vt eſt
tiriaca: dyateſſeron: ⁊ philonium. ⁊ pillule ex opiatis. que
infra xp̄o mediãte dicent̃: ⁊ pꝛopꝛie vbi digeſtio ⁊ euacua
tio mãe ꝑceſſit. Q̃m tiriaca tũc reſoluit reſiduum ꝯfoꝛtat
⁊ calefac̃ tpate. añ ꝗ̃o ꝯponit fe. ¶ Quita res ẽ mẽbꝛoꝝ ĩ
frigidatoꝝ ⁊ cõtractoꝝ calefactio ⁊ ꝯfoꝛtatio vt lũboꝝ co
xarũ: ⁊ doꝛſi a qbꝰ rigoꝛ ĩcipit ⁊ ꝓcedit. vt in afõ. hy. dixit.
Cõplet̃ aũt cũ ĩunctiõibus ex medicis calefaciẽtibꝰ ſimpli
cibꝰ ⁊ ꝯpoſitis q̃ ĩfra dicent̃. Et ſimplices qdẽ ſũt ſic̃ oleũ
antiquũ ſimplex camomellinũ. anetinũ ⁊ de lilio: ꝯ yreos.
Et foꝛtiꝰ eo ẽ oleũ coſtinũ: balſami: nardinuꝫ: de abꝛotano
ſambucinuꝫ de enula. Et foꝛtiꝰ eo ẽ oleũ de aſſa: de becn: ⁊
de ſaba: laurinum de ſticados: de mirra ⁊ de piperibꝰ: ⁊ de

eufoꝛbio: ⁊ pꝛopꝛie in frigoꝛe. Et aliqui cõfoꝛtant olea pre/
dicta debilia cũ ſuccis herbaꝝ ꝓpriaꝝ: vt ſanſuci: calamẽ
ti abſinthy: rute artemiſie ⁊ eruce: ⁊ cum ſpeciebus ex pi/
pere: piretro: ariſtologia: mirta: caſtoꝛeo: ⁊ ſimilibus cali/
dis pꝛopꝛijs: vt ſinapi: ſtafiſagrie: ⁊ eruce: naſturcij ⁊ ſilib⁹
Compleſ quoqꝫ cũ his q̃ calefaciẽdo trahũt caloꝛẽ in pe/
ctoꝛe ⁊ ſpiritalibus coadunatiuũ ad ipm q̃lia ſũt ligature
doloꝛoſe: fricatões aſpere ſi tollerat: fomẽtatões ex aquis
calidis mediocriter hñtib⁹ v̄tutẽ medicinaꝝ calefaciẽtiũ
p̄dictaꝝ: ⁊ cũ calefactoꝛijs alijs: ex pãnis: laterib⁹ lapidib⁹
calefactis ⁊ pomis plenis prunis retẽtis in manib⁹ artifi/
cialiter factis ⁊ cũ calefaciẽtib⁹ totũ coꝛp⁹ vt ſꝫ operimen
ta multa cal'a. Et qñqꝫ opꝫ vt imitetur in balneũ aq̃ p̄dcãꝝ
medicinaꝝ. Oꝛipillatio v̄o eſt diſpõ in q̃ ſentit eger inequ/
litatẽ frigoꝛis ⁊ punctõis in coꝛpoꝛe ſuo ⁊ ꝓprie i doꝛſo cu
te: ⁊ lacertis: ⁊ fractio eſt ex gñe ei⁹. Et frig⁹ eſt vt ſentiat
frig⁹ pꝫ i eis. Et cã exterioꝛ ẽ ⁊ iterioꝛ. Exterioꝛ vt aeris
fritas aq̃ ⁊ pãnoꝝ lecti ⁊ ſiliuꝫ. Interioꝛ ẽ in ſanis ⁊ egris.
In ſanis vt reuocatio caloꝛis cã cibi ad loca digõnis extri
ſeca: ⁊ ex illis eſt hũoꝛ fl'aticus itrans abundãs in coꝛpoꝛe
ex regimis malitia cũ calefit ⁊ vapoꝛ eius effundit ad coꝛ
poꝛis exterioꝛa. In egris nõ eſt retẽtio caloꝛis ad loca apa
ta ⁊ viſcera: vl' debilitas caloꝛis nequeũtis ſe extẽdere ad
coꝛpoꝛis extrema vt in ꝓpingꝫ moꝛti: vel qꝛ eius extẽſio
ipedit vt in lipparia cõtingit vel ei⁹ fricatio pp hũoꝛẽ fri/
gidũ fl'aticum vel melancolicũ ſubito effuſum per ſenſibi
lia mẽbꝛa coꝛpoꝛis p̄narrata ſic in pꝛincipijs quotidiane ⁊
quartane cõtingit ad quẽ p̄ſens ſermo dirigit. Coꝛrectio
rigoꝛis eſt cũ medicis calefaciẽtibus foꝛtiter p̄narratis i/
terius ⁊ exterius appꝛoximatis calefaciẽtib⁹ ⁊ ſoluẽtibus
ſimplicib⁹ ⁊ compoſitis q̃ omnipotẽtis auxilio dicent. Et
cura oꝛipillatõis eſt medicina ex vtriſqꝫ mixta. Et ex com
poſitis appꝛopꝛiatis frigoꝛi ſumẽdis iterius eſt dyacalamẽ/
tum ⁊ ẽt exteri⁹ inuẽta ſpina dyapipereon metridatũ mu
ſa cõfectio de aſſa cũ vino tepido. Sirup⁹ de mẽta ⁊ yſopo
diaciminũ ad ei⁹ p̄focationẽ ⁊ iunctũ in ſpina ⁊ in q̃rtanis
ꝓpꝛie ⁊ quotidianis ⁊ rubea trociſcata in q̃titate auelane
⁊ cũ rodoſtomate ſumpta añ paroxiſmũ per hoꝛã ⁊ reges
in omnibus: ⁊ tiriaca antiqua. Et qñqꝫ expedit dare cibos
⁊ potus calidos pp ſincopim ⁊ caſum v̄tutis. Inqt. n. Gal.
Accidentib⁹ virtutẽ diſſoluẽtib⁹ ilico cibus eſt dãdus. Et
tunc diamuſcu eſt ꝓpꝛiuꝫ. Accidit. n. ſincopis in febꝛibus
putridis pp humoꝛẽ frigidũ effuſuꝫ ad ſtõm in p̄ncipio pa
roxiſmi. Et qñqꝫ pp colerã effuſam ad ipꝫ. Quo caſu expe/
dit añ paroxiſmuꝫ panis aliqd dare cum ſucco granatoꝝ
vel agreſte. hoꝛa v̄o ſincopis cuꝫ vino odoꝛifero ⁊ fricent
extrema ⁊ calefiant: deinde vomit⁹ ꝓuocet vel liniat ven
ter declinante paroxiſmo cũ cliſteri vel tamaridis: deinde
cibet cũ ſauich oꝛdei cũ granis granatoꝝ ⁊ interdicat flo
mia. Et qñqꝫ accidit hoꝛa febꝛis pp cal'itatem reſoluẽtem
ſp̄us qbus v̄tus deficit. ⸿ Et cura ſupꝛa in coꝛde dcã eſt.
Et in cura febꝛis ſincopalis dicet ꝓpꝛius: c⁹ accidẽs ẽ quã
q̃s Auer. voluerit in ſuo coliget: q ſincopis ex reſol'one nõ
ſit accidẽs: ſed alteri⁹ egritudis febꝛi ꝯrie. ſ. ſrẽ q̃ ex inani/
tione cãm ſp̄ũm ⁊ ꝯrijs alijs indiget q̃ꝫ febꝛis. qꝛ calidis.
Sed ſm Gal. nõ eſt iconueniẽs q aliqđ accñs moꝛbũ me
diante alio ſequat. ⁊ tñ qꝛ moꝛbus eſt p̄ncipalis attribuẽ/
dus eſt moꝛbo. Sic equidẽ: lꝫ ſincopis talis ex inanitione
ſpirituum imediate fiat quã frigiditas. Sequit tñ qꝛ ei⁹
febꝛis eſt p̄ncipalis cã ideꝛiõ febꝛis accñs eẽ dicet ⁊ medi/
cabit fris ſicut febꝛis. ⸿ Cerotũ efficax ⁊ expertũ ad rigo
res iunctũ in ſpina per hoꝛã añ paroxiſmũ. ℞. olei antiqui
ſucci artemiſie ⁊ terre parũ fricatõe foꝛti vngat donec ca
lefiat loc⁹ ⁊ ibibat cerotũ. ⸿ Puluis añ poxiſmũ ter da/
tus. ℞. çedoarie. ʒ. i. bacaꝝ lauri ſeis rape. añ. pugillũ vnũ:
pulueriçent ⁊ miſceant. doſ añ poxiſmũ p hoꝛã ⁊ det. ʒ. i.

cuꝫ tepida. ⸿ Pille experte ad rigoꝛes. ℞. ſtoꝛacis myrre
opij oppoponaci oĩum. añ. ptẽ vnã. Cõficiant cũ butyro: ⁊
ſit doſis eaꝝ qnqꝫ añ poxiſmũ p hoꝛã ifirmo bñ ſe fouẽti
in camera ſua. ⸿ Itẽ cõfectio bona ⁊ expta. ℞. oppopona
ci ſerapini anuidẽ cimini carmeni ſeis apij pipis. añ. aure.
i. ſ. ſeis iuſqami albi croci ariſto. euſoꝛbij mirte. çinçib. añ.
ʒ. vni⁹ tertiã. piretri ſeis armel. añ. aur. i. Cõficiant cũ mel
le. Doſis auellana vna cũ aqua calida.
⸿ Doloꝛ capitis in febꝛib⁹ putridis eſt accñs paꝝ ledens
v̄tutem ꝓſternẽdo ſua foꝛtitudĩe ipam ⁊ augẽs febꝛẽ ſua
iflãmatione adeo vt declinatam redire faciat ad augmẽ/
tum. Sicut dixit Aboa. Et cã fit collectiõis mãe partibus
capitis reuma ꝓuocãdo ⁊ ſi perduret fit moꝛb⁹ faciẽs cõ/
poſitionẽ. Unde Abo. Et eſt cũ vna res cõpõne ſui ⁊ rei q̃
eſt añ ipſam ⁊ rei q̃ eſt poſt ipam eſt egritudo cã ⁊ accidẽs
ſicut doloꝛ capitis q accidit ex febꝛe. nõ imerito ergo ipſa
febꝛis maioꝛi indigebit ꝓuidentia ⁊ coꝛrectiõe. Et ſiqdeꝫ
ꝓpꝛie accidit ex caloꝛe febꝛis plurimum ⁊ ex fumis reſol
uentibus a putredine earum ſurſum: pꝛout de natura eſt
eorum aſcendentibus ad caput ⁊ ex vapoꝛibus diſſolutis
ex materia ipſius carminata apud digeſtionem diuiſionẽ
ac eius expulſionem quos ad caput ſubleuat fe. ⁊ quãdo/
qꝫ ex ipſa mã ⁊ humoꝛibus coꝛpoꝛis aſcendentibus ad ca
put per eã qui ſua multitudĩe: replẽdo ⁊ extendẽdo miri/
gas cerebꝛi ⁊ iflãmando ſui acuitate doloꝛem inducunt.
Quos doloꝛ perceptus in radicibus oculoꝛum demon/
ſtrat. Et quandoqꝫ aggregant in partibus exterioꝛib⁹ ſub/
cutaneis: quos doloꝛ cutis capitis apud tactum exterius
magis perceptis oſtendit. Et ſi quidem fuerint groſſi capi
tis grauedinem totam habent. Et qꝛ cura eius in ſoda ab/
ſoluta generaliter dicta eſt hic in ſpeciali coꝛrectione eius
breuiter tranſeamus. Et eius coꝛrectio breuiter eſt tres
res. Pꝛima materiam aſcendentem trahit inferius. ⁊ de/
riuat. Secunda repꝛimit ipſam: ⁊ obtundit ac diſcraſiam
alterat calidam: ⁊ permutat. Tertia materiam eleuatam
euacuat. Pꝛima ſtante feb. permutatur ⁊ completur cum
fricationibus aſperis manuum ⁊ pedum incipiendo a ſu/
perioꝛibus: ⁊ trahendo ad eorũ inferioꝛa. ⁊ cum effuſione
aque moꝛdaciter calide ſuper extremitate aſſiduatione.
trahitur enim doloꝛ ſenſibiliter per eam ad inferioꝛa ⁊ cũ
ligaturis doloꝛoſis: ⁊ quandoqꝫ cum ventoſis. Et decli/
nante feb. ſi doloꝛ det ſpatium cum cliſterijs ⁊ colirijs tra
hentibus pꝛopꝛijs: vel cum farmacijs ex aloe ⁊ yeris ſi va
poꝛes colerici fuerit: vel colloquintide ſi flegmatici: vel
epithimo ſi melancolici: vel polidodio ſi flegmatici ſimul
vel melancolici. vel cum ſene ⁊ fumo terrre: ⁊ aqua lactis
aduſti. Et generaliter quicunqꝫ fint cum agarico ⁊ cum
apertione venarum emoꝛoidalium cum ſanguiſugis pꝛo/
pꝛie pꝛouocatione menſtruoꝛum maxime ſi materia ſan/
guinea fuerit: vel cum peccato ſanguinis: quoniam tra/
hunt ⁊ euacuant: vel cum flebotomia cephalice manus
loco doloꝛis oppoſite: quoniaꝫ deriuat ⁊ euacuat. Et quã/
doqꝫ confert vomitus cum materia eſt in ſtõ: ⁊ eſt facilis.
⸿ Scdãm rem cõplent epithimata ex frigidis ⁊ ſtipticis
ꝯfoꝛtãtib⁹ ſupꝛa frõteꝫ ⁊ tẽpoꝛa applicata. Et caput ſi expe
diat pꝛeabraſuꝫ. deĩde tẽperate fricatuꝫ: ſi nõ p̄hibeãt ca
tarri. grauedo tuſſis fri. Qualia ſũt ex aqs: vt roſ. coꝛiãdri
ſempuiue. filicũ ſolatri ⁊ ſiliuꝫ cum aceto pauco: raſura cu
curbite roſ. ſandal'. cãphoꝛa ⁊ ſilibus: ⁊ ꝓpꝛie oxirodino.
Et exhibitio granatoꝝ acetoſoꝝ: ⁊ muçoꝝ ⁊ rob de ſuccis
ipſoꝝ de acetoſa. ⁊ đ agreſta: ⁊ citonioꝝ ⁊ coꝛiãdri: ⁊ aq̃ ei⁹
ꝓpꝛie ſi pulſatiu⁹ ſit doloꝛ. ⸿ Tertiã rem ꝯplẽt fomẽta ⁊
embꝛoce ex aq̃ decoctõis anodinoꝝ tẽperate cal'a quales
ſũt floꝛes camomille: mellilotũ ⁊ ſilia: q̃ poꝛos aperiant: q̃
p̄maſticata apocruſticata ꝯſtiparũt q̃ cã multiplicatõis ſo
de ex febꝛe quãdoqꝫ exiſtit. Inquit. n. Abo. Et ſodaꝫ qdeꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0449-7
DFG

calidam in febribus multiplicat vſus epithimatum vapores exire nō pmittētiū: ſic ergo applicāda ſubſequēter ſūt ibidē cū poros aperiāt: ⁊ collectos ibidē vapores reſoluāt ea. Et ſi q̄dē mā fuerit hūoralis in cāz ⁊ multa: paperiat̄ vena nariū: vel frontis: vel q̄ poſt aures ē q̄ pti replete melius corrñdet: ſi cū peccato ſanguis fuerit. vl' cū farmacys pprys educat ſi ſine ei⁹ peccato exiſtat. deiñ pdicta fomēta: ⁊ embrocē pdictis ptib⁹ capitis applicent̄. Et expt⁹ eſt ſacculus replet⁹ ex pdictis florib⁹ cū folys maturax roſ. paucū bullitis i aq̄ ⁊ ſupra frōtē ⁊ tpa ligatis. Et cū fuerit grauedo. pma remiſſa ſi expedit: ⁊ ptermiſſa ſcda ɔtentat̄ pmiſſiōe capitis ſupra vaporē aq̄ decoctiōis flox camōille melliloti: ⁊ furfuris: ⁊ violax pp febrē: ⁊ embrocatōe ex ipſa. ſanabit̄. n. ex his ſi xps voluerit.

¶ De dolore vētris eis añcedēte ſupra ſectōe pma ſuo loco ē dciñ. Et plimū accidit ex hūore colerico ɔcurrēte ad ſtōz ⁊ iteſtina. Et qñz ex vētoſitate. Et qñz ex vmib⁹. Et ſigna q̄rant̄ ſupra: ⁊ ēt correctio ei⁹. Uigiliax iſtātia ɔtingit eis plimū apud ſtatū: ⁊ ſilr alienatio. Et cā ē cōis vtriqȝ. Et ē quā. G. dixit cū ait. Alienatio q̄ fit i ſtatu febriū ex fumis caput petētib⁹ fit. Cū ergo pueñūt ad oculos i hūiditate albuginea: vl' cerebx aſcēdūt i fantaſia: ⁊ imaginatiua ipreſſionē formax diuerſax faciūt ⁊ itellectū turbāt ⁊ rōnem: qr mouent̄ irrationabilr ⁊ loquunt̄ ifirmi. ac ſi viderēt aliqd exteri⁹ qd ē it⁹: ⁊ cū exiccēt ſil' cū feb. cellulā anteriorē cerebri iducūt vigilias: ⁊ puāt ſomnū. Correctio ei⁹ ē ſilis illi q̄ i dolore eſt dcā: ⁊ ſupra i freneſi. Correctio vo pfunditatis ſoni: ⁊ ſubeth q̄ plimū apud pncipiū paroxiſmi ɔtigūt eā ē faciēda. ſ. cū clamorib⁹ ⁊ locutiōib⁹ ſtrepitu ⁊ alys expgefaciētib⁹ trahētib⁹ mām: ⁊ deriuātib⁹ vapores ſicut ſupra i litargia ē dciñ. Et cū fricatiōib⁹ aſpis: ⁊ odorib⁹ ex ruta agreſte ⁊ armel q̄ calefaciūt. cerebx ɔfortāt ⁊ expgefaciūt. Et ad ſubeth cū ligaturis extremox doloroſis ⁊ fomētis cū calidis aqs mordētib⁹ i qb⁹ decocta ſt ex calefaciētibus aliqua dictis in rigore. ⁊ ex rubificātib⁹ ſicut vrtica: calamentū ⁊ ſimilia. Et cum colirys acutis maxime ſi fuerit ſtricta nā. Et cū ventoſis inter ſpatulas ⁊ ſpōdiles: ⁊ declināte paroxiſmo cū cliſteribus acutis: ⁊ deīde ſternutatorys ex pipere: elleboro ⁊ cōdiſi: ⁊ cū epithimatib⁹ ſupra caput: ⁊ ex oxirodino in pncipio. deinde cum additione calefacientiū cerebrum: ⁊ ex ſerpillo: ⁊ deinde caſtoreo pprie. Et deinde cū epithimatibus ⁊ vnctionib⁹. ⁊ pprie ex oleo nardio: ſambucino: ſanſuco: ⁊ ſucco rute q̄ ē ɔuciēs ſpiritui aīali. Et cū vno trociſcox de ſcamōea ſucco ſiſimbry ⁊ aceto. ⁊ loco opy ponat̄ caſtoreū: ⁊ fiat iunctio i ſuperiori pte capitis: ⁊ vltio emplet̄ cuz ſinapiſmo. Caue tñ ne talia approximent̄ a pncipio corpe repleto: qr trahūt magis cū repletōe. Et cū pdcā nō ſuffecerit miniſtrent̄ farmaca ex yeris magnis: ⁊ ppe yeralogodion agarico ⁊ caſtoreo pauco. cū decoctōe ſticados iſopi: ⁊ ſilr̄ uz. ¶ Sternutatio ɔtingit eis ex fumis ⁊ vaporib⁹ caput petētib⁹ eius vacuū replentib⁹ ⁊ hūectantib⁹. Et ppe in pncipio paroxiſmi ſuffumigante mā accenſa feb. calefacit ⁊ diſſoluit ⁊ vtus expulſiua pcipiens nocumētū ipetu quodā mouet̄ ad expulſionem adiuta intus ab aere per nares tracto. q̄ extra effuſus cū mā cū ipetu exiens per anguſtū ſonat ⁊ ſternutationem facit. ſic hypp. in affo. ait. Que ſi imoderata ⁊ ſupflua fuerit nocumētū pſtat. Debilitat. n. vtutem ⁊ replet caput trahēdo ppter nimiū motū accendit febrē. Et fortaſſis ppterea aperit venas ⁊ puocabit ex narib⁹ ſanguinē q̄ in debilitate pſtat augmētū ⁊ in mā cruditatē. ¶ Correctio ei⁹ eſt tres res deriuatio ⁊ attractio vapox: repletio ⁊ reſolo ipſox. ¶ Primā rē cōplēt ɔpreſſiōes extremox ⁊ fricationes ipſox aſpere ⁊ partiū dorſi pectoris ⁊ colli. Repreſſionem cōplent odoramēta ex luto armeno ſpongia marina cū aceto limphato ⁊ oleo roſato. Reſolōnē cōplent mot⁹ capitis. fricatio frōtis ei⁹ cū ſuauitate ⁊ iniectio olei camomellini in aures calefactoria capitis. cū pānis ſuffumigatis: cū xiloaloe: ⁊ thure ⁊ ſpica. Et ſomn⁹ tēperat⁹. Et poſt vigilia ſuperflua iterdicat̄ qñqȝ: qm̄ replet magis ⁊ calefacit. Et omne repletiuū ex cibis ⁊ potib⁹ ⁊ odorib⁹. Tuſſis accidit ex febre eis exiccādo ex aſperitate tracheā gutturis ⁊ alias pectoris partes. ⁊ qñqȝ diſſoluente mām in cerebro ⁊ acuentes ipam: q̄ catarriçās ad ptes pdictas tuſſim facit eo q̄ nā ipam ibi nō patit̄: imo ad eius expulſionem motu ipetuoſo mouet̄: q̄ tuſſis dicit̄. ¶ Et ſignū diſtinctiuum eſt. qr rē ſentit medicus trāſglutire egrotū: ⁊ eſt cum ſputo hūido ſubtili ⁊ pauco ⁊ ſalſo. Et qñqȝ acuto ⁊ pauca ſiti. Ingt. n. hyppo. Quib⁹ tuſſis ſicce ⁊ modice puocate i febribus vrentib⁹: hi nō valde ſitientes fiūt. Prima vero eſt ſicca ⁊ cū ſiti multa ⁊ ſine ſputo. ¶ Cura tuſſis ex fe. ⁊ correctio ei⁹ ē due res. pma ē vt iterdicant̄ nociua. Scda eſt vt miſtrent̄ iuuatiua. ¶ Primā cōplēt inhibitio acutorum fumantiū ⁊ ſalſox ⁊ acetoſox ⁊ aliox extrinſecus aduenientiū nociuox diſſoluentiū vel cōprimētiū cerebrūz q̄ ex pdictis ſunt nota. ¶ Scdāz rez cōplent hūectātia ex cibis ⁊ potibus vt pulmēta ex amilo ſucco ordei. cuz iuiubis: decoctio medullax ſeminū frigidoruz ⁊ fructuū ⁊ cucurbita ⁊ ſilia ⁊ aqua ordei dcoctōis iuiubax vel ſimplex cum penidys bibita ⁊ iuleb viola. ⁊ cucurbita: ⁊ ſirup⁹ iuiubinus: ⁊ detētio in ore penidiox ⁊ pprie draganti cū ſeminib⁹ cōibus ⁊ inunctio exteri⁹ ſupra pectus ex oleo violato ⁊ amigdalax dulcium: vel ex ceroto frigido ex ſucco malue draganto oleo violato ⁊ cera. Et i frigida catariçante mā ēt cum ceroto frigido ex oleo roſato puro vel mixto cū mucillagine pſily: ⁊ ſucco portulace ⁊ ſilib⁹ ⁊ cuz ſacculo retēto ſupra ɔmiſſurā capitis coronalē: ex milio panico. roſ. ſandal': mirta: ⁊ radice ſolatri q̄ eſt ppria ⁊ alys fris exiccātib⁹ ⁊ cōfortantib⁹. Et cū retentiōe in ore pillax bichichiax quas ſupra in tuſſi diximus⁹: ſemis papaueris albi ⁊ cōfectiōis ipſox vt dyacodion dyapapaueris ⁊ cū ſuffumigatōe ex ſandaraca ⁊ odoramētis ex camphora ⁊ aceto limphato. Superi⁹ pmiſſa ſuma oſtēdim⁹ q̄liter ex anguſtia effimera fe. pueniat. Hic aūt dicem⁹ q̄liter anguſtia ⁊ ingetudo in putrida febre ɔtingat. Et q̄ anguſtia ɔtigit ex fumis calidis circa ſpūalia coadunatis coāguſtātibus ſpūs ⁊ virtutē in eis cū debilitate adeo vt expādi ad exteriora nō poſſit: q̄re nā mouet hic īde corpora ⁊ mēbra ſine ordine ⁊ qete. quaten⁹ poſſit ab anguſtia ⁊ carcere deliberari: ad qd caliītas feb. adiuuat ſpūs inflāmādo. ¶ Et correctio ei⁹ eſt due res d̄riuatio fumox ⁊ attractio ad extrema. ſ. put in dolore ē dciñ ⁊ alteratio ſpūaliū cū cōfortātib⁹ notis ſupra in ɔplētib⁹ rē ſcdāz q̄ in cura putridax ē pncipalis. ¶ Difficultas anhelit⁹ ⁊ trāſglutiēdi accidit i feb. aut pp febrē. exiccantē ⁊ ſpaſmātē lacertos anhelit⁹ q̄ ſūt in pectore vel trāſglutiēdi q̄ ſunt in gutture ⁊ meri. Et illō eſt malū vt dixit hyp. in ſuo affo. cū ait. In febrib⁹ ſpūs offendēs malū. aut pp mām diſſolutā a febre catariçātez a capite ad gutt̄ ⁊ ibidē collectā aut pp vtutis motiue debilitatē in ſuo pncipio. ¶ Et ſigna diſtictiua ſūt manifeſta. Et correctio pme cāe eſt cū hūectātib⁹ fris vtutē ⁊ pprietatem in dilatādo hñtib⁹ iteri⁹ exteri⁹ approximādis notis ſupra in cura effimere ex fritate vel dēſitate. Scde vo eſt vt cū his q̄ tuſſim catarralē corrigūt ſtrāgulationē ⁊ ſignantiā ⁊ cū ɔfortātib⁹ cerebx neruos ſtōm ⁊ meri q̄ ſupra ſūt nota ⁊ iterdicant̄ vomit⁹ oio ⁊ cliſteria ⁊ collirīa ſt meliora farmacys p os ſumptis. Sitis in talib⁹ accidit. Ex calore febris iſlāmante ⁊ exiccāte ſpūalia ⁊ ēt nutritiua. Et qñqȝ eſt ex mā baurachia ſalſa ori ſtomaci adherente: vel colera in partibus ſtomaci ſuperioribus effuſa que ſitim ⁊ triſtitiam infert atqȝ cordis morſum: faſtidium: appetitus caſum: ⁊ ſimilia. ¶ Et ſigna harum cauſarum ex

p̄dictis ſunt manifeſta. Et correctio p̄mo fit cū īfrigidā-
tibus ⁊ humectātib⁹ ſumptis ⁊ bibitis in q̄tito ſufficiēti ꝑ
īterualla notis ſupra in ſectōe p̄ma. Opꝫ aūt vt ſint q̄ntita
tis ſufficiētis magne: pauca.n. ſitim magis accēdūt. Dixit
Abo. q̄ñ excitat caliditatē: ſꝫ ſit ſumptio ſuis horis ⁊ ꝑ īter-
ualla cōtinue v̄o fris aq̄s gargariçatis ⁊ lauatōib⁹ ⁊ maſti
cationib⁹ ex ramis portulacaꝝ ⁊ ꝓpucioꝝ vitis tamarido
rum ⁊ ſiliū ⁊ retētis in ore: vt mucillagib⁹ draganti pſily
⁊ ſeminū citonioꝝ ⁊ melonū ⁊ ꝓp̄e indoꝝ ⁊ prunis īfuſis
⁊ ſceueſtē. Et medullis ſeminū cōium frōꝝ radicū ligritie:
çuccari candi in q̄titate fabe carniū melonis īdi limonū
⁊ ſiliū: vel criſtallo īfridato in aq̄: ⁊ alijs cōpoſitis: q̄ xpo
duce dicent̄. Et oleis fris īfuſis ſuper caput: ſi nō ſit ꝓhi-
bēs. Et fris epithimatis ſupra pectus epar ⁊ ſtōm ⁊ ex pre
dictis ⁊ ꝓprijs ⁊ cum vigilijs: q̄ñ ſi ex ſiccitate vel fritate
eſſet ſōno corrigeret̄. Correctio v̄o ſcḋe cāe eſt cū īciſiuis ⁊
abſterſiuis ⁊ ꝓp̄rie cū aceto limphato gargariçato ⁊ bibi
to ⁊ appropīatis vt aniſo maſtice ⁊ trāſglutito ⁊ ſilib⁹ ꝯpo
ſitis dictis ſupra in tuſſi. Et tertiane cāe correctio eſt cum
vōitu ⁊ ſumptōe aceti ⁊ medicinaꝝ acetoſaꝝ ⁊ prunoꝝ ta
marindoꝝ ⁊ ſucco duoꝝ granatoꝝ expreſſoꝝ cum pulpis
eoꝝ q̄ colerā reprimūt ⁊ educūt ſtōꝫ ꝯfortādo ⁊ excitādo
appetitū. Et ſiccitas lingue ac oris ex illis eſt q̄ febris cali
tatem cauſat ⁊ corrigit̄ ſic̄ p̄ma ſitis.

¶ Aſpitas v̄o lingue duplex ē: q̄daꝫ ē cū ſupficie ei⁹ clara ⁊
mūda: ⁊ tal̄ ē ex calitate ⁊ ſiccitate febris ex aſpitate ⁊ rēa
net ī calore ſuo. Quedā ē cū ſupfluitate viſcoſa adherēte:
c⁹ cā mal̄ ē. q̄ñꝫ catarr⁹ flatic⁹ cū ſignis ſuis: ⁊ tūc p̄mo ē al
ba. Et q̄ñq̄ eſt vapor coleric⁹ eleuat⁹ a ſp̄ualibus ⁊ nutri-
tiuis: ⁊ tunc eſt p̄mo citrina: quos cum aduret febris cali-
tas: deinceps ꝯuertet̄ in nigraꝫ. ¶ Cura ei⁹ ⁊ correctio ei⁹
q̄ munda eſt: ē correctio ſiccitatis dcā ⁊ ſitis p̄me. Eius v̄o
q̄ eſt cū viſcoſitate correctio eſt ſic̄ ſcḋa. Et oꝫ vt abſterſio
fiat p̄cedēte ablutiōe cū aceto. ⁊ aqua cū iſtro ex cāna vel
ſalice facto: vel cocleari ex aliquo metalloꝝ: deīde cū pan
no aſpero madefacto cū aq̄ çuccari: deinde humectet̄ cū
pipatella ex ſeminib⁹ citonioꝝ vel melonis recentis īter-
cluſis: q̄ñ ꝓhibēt obfuſcationē ⁊ hūectant ex quo valde
alleuiant̄ īfirmi. Oꝫ aūt vt nō dormiat ſupine: neq̄ ſuper
ceruical ex plumis mollib⁹: q̄ñ ſunt ex his q̄ calefaciunt ⁊
exiccāt ⁊ exaſperāt ⁊ denigrāt. ¶ Pillule. ℞. medulle ſe-
minū citonioꝝ: ſe. cōiū. aū. ʒ. ij. dragāti. ʒ. i. ꝯfice cū carne
prunoꝝ ⁊ mucillagie pſily. ⁊ tenent̄ ſub lingua ſucceſſiue

¶ Sudor ſinthomatic⁹. ⁊ cretic⁹ ſupflu⁹ vel dyaforetic⁹
accidit eis ſm. G. ex fe. ſubtiliāte hūores ⁊ rarefaciēte po-
ros: q̄re deficit ꝯtentiua ⁊ ꝯtineri nō p̄nt: q̄nimo cū hūori-
bus ſupfluis quos q̄ñq̄ v̄tus eūat expulſiua egrediant̄ ēt
boni deficiēte ꝯtentiua. ¶ Et ſigna ſunt. q̄ nō ꝯfert neq̄
hn̄ fert: ſꝫ eoꝝ v̄tutes deficiūt ⁊ obtundunt̄. Et correctio
eius lꝫ ſupra in cura cordis ſit dctā: tn̄ q̄ cū fe. accidit. hic
ī fine pro tāto ſciēdū eſt q̄ ē tres res. Prima īſpiſſat ⁊ ade
quat hūores. ſcḋa īſpiſſat poros ītropellēdo hūores. tertia
deriuat ipſos ad aliā regionē. ¶ Primā rē cōplent oīa ex
cibis hn̄tibus īſpiſſare hūores ex legumibus vt ꝯdro lēti-
bus excorticatis ⁊ faſeolis albis q̄ dicunt̄ meſeroio: ⁊ fru-
mento decocto paꝝ aceti hn̄tib⁹: pane ſimilagieo ⁊ albo:
⁊ ex amillo ⁊ panico: carnib⁹ porcinis ⁊ viſcoſis ⁊ ꝓp̄e ex-
tremoꝝ ipoꝝ. ⁊ cerebri: viſceꝝ: ⁊ teſticl̄oꝝ galli. Et ex fru
ctib⁹ citonijs: piris: ſorbis: neſpil̄: caſtaneis: xarūr dactil̄: ⁊
iuiubis ⁊ ſilib⁹. Et potib⁹ fre aq̄ ⁊ ſtipticis ſi tolleret ſtōs ⁊
nā. Si v̄o nō: cū vino groſſo ⁊ ſtiptico: ⁊ ex medicis vt kara
be: coriādro: drag. mirob. penidijs ⁊ ſilib⁹: q̄ ſupra dicte ſūt
⁊ īfra ſuis locis: xpo ꝓpiciāte dicent̄. ¶ Scḋaꝫ rē cōplēt.
fra ſtiptica ꝓp̄e ⁊ exteri⁹ approxiata ex aeris īfridatōe vt
ſupra p̄fert in alteratōe febril̄ diſcraſie: ⁊ ꝓp̄e cū aſpſiōe
aceti: ſandaloꝝ ⁊ cāphore ⁊ mirtaꝝ: ſternutatōe aut euen
tatōe: ⁊ flabellatōe corpis adeo vt q̄ñq̄ ducat̄ ī cunis ⁊ ſi-
ne motu ꝑ ſe ad aerē frꝫ īmutet̄: ⁊ cū irroratiōe aq̄ fre ꝑ ſe
ſtiptice ſupra faciē ⁊ caput ⁊ pulſus ⁊ ꝓp̄e roſ. Et cū epithi
matiōe epis ⁊ pectoris ex ſandal̄: ſpodio: ⁊ cāphora: ⁊ aqua
ro. ⁊ madefactōe corpis ēt ſi expediat ⁊ tolleret̄ ex ea vel
aq̄s decoctōis ſtipticoꝝ ⁊ pōticoꝝ: ⁊ ꝓp̄e citonioꝝ īmatu-
roꝝ ⁊ macianoꝝ. roſ. balauſtiaꝝ: mirtilloꝝ gallaꝝ ⁊ ſiliū.
vel ex ſuccis: vt aceto mixto aq̄ niuali ⁊ eſt fortis īpreſſio-
nis. ſucco agreſte: mirte ⁊ ſūmitate ſalicū: v̄ge paſtoris ⁊ ēt
ſempuiue ſi tolleret̄. Que ſi nō ſufficiāt liniant̄ ex mucil-
lagib⁹ pſily ⁊ dragāti ⁊ ſe. citonioꝝ: ⁊ ſiliū ſupaſpgat̄ pul
uis ſubtiliſſim⁹ karabe ⁊ ſpice: ⁊ ſup pulſus extremoꝝ po-
nat̄ nix vel raſura cucurbite ⁊ balneent̄ in fra ſi tolleret
v̄tus. Opꝫ aūt vt talia miorent̄ q̄diu expediat: deiñ aufe
rat̄ abſq̄ abſterſiōe. Abſterſio.n. rarefac̄ ⁊ ꝓcurat: q̄r opꝫ
vt camiſia ⁊ lintheamīa ex ſudore madefacta nō niſi cū
ceſſauerit īmutent̄. Et deiñ gradati calefiat ⁊ nutriat̄ vt
ſanguinē ſpm̄ ⁊ calorē quē ꝑdidit reſumat ⁊ ꝯfortet̄ vt vl
teri⁹ ſufficiat ad pugnādū ſi expediat morbo. ¶ Tertiaꝫ
rē cōplēt diuretica fra: ⁊ aq̄ ipoꝝ cū çuc. ro. mixta q̄ ꝯuiuēt
hūores ſubtiles ex poris ad vias vrie ⁊ ꝓuocādo ꝯfortāt.
Et q̄ de reliq̄s accn̄tib⁹ in ſectōe p̄ma ſufficiēter ē dcm̄. h̄
dimittāt̄ gr̄a breuitatis. Correctōeꝫ alioꝝ accn̄tiū q̄ ꝯſue-
uerūt īſurgere talib⁹ febrib⁹ q̄res īfra ī cura peſtilētialiū.

¶ Cap. ij. de medicinis fe. in ſpeciali. ⁊ primo ſimpliciū ⁊
īter eas p̄mo ſinochaꝝ in putredine.

Alien⁹ iq̄t. Sanguis cū ſupexcoq̄tur vel putrefit
g ſubtile eius trāſmutat̄ ī colerā. groſſiꝫ v̄o ī meliāꝫ
Oꝛ quidē verbuꝫ mouit Abo. ei⁹ īterpretem ad di
cēdū. G. viſuꝫ fore febrē ex ſanguie putreſcēte vel īflāma-
to nō eē: q̄ȯ.n. ꝯuertit̄ ⁊ trāſit ī aliȯ deſinit eē q̄ȯ ē: q̄ꝑꝑ fe.
ñ erit ſanguis: ſꝫ alioꝝ hūoꝝ alteri⁹ ī quos trāſmutat̄. Cu
ius ꝯriū ī de criſi: ⁊ terapētica euidēter apparet. Et q̄dem
verbū hoc trāſmutat̄ cū dicat q̄d ī fieri: ⁊ ī eo q̄ȯ ī fieri eſt
ſit dare aliq̄d factū: aliq̄d v̄o q̄ȯ reſtat fiēdū: vt. G. alibi di-
xit: In putreſcēte ſanguie: ⁊ exn̄te ī ꝯuerſiōis actu ſeu trā-
ſmutatiōis erit dare aliq̄d ei⁹ ꝯuerſum ī p̄dictos hūores: ⁊
aliq̄d nō: ſꝫ adhuc ſub ſpē ſanguis p̄manebit. Si q̄dē ergo
q̄ȯ de eo remāſit adhuc ſub ſpē ſanguis ſuperet q̄ȯ de ipſo
ꝯuerſū ē: febris dicet̄ eē ſanguis. Si v̄o ecōtra fe. nō dicet̄
eē ſanguis: ſꝫ ſm ſpēm ī quos ꝯuerſio facta ē p̄dominātis
ſemꝑ noīe p̄ſeruato. Oꝛ īnuit Auer. ī ſuo. vij. coll̄. Et hoc ſe
cūdo mō īterpretat⁹ fuit: vt extimo verbū illȯ Abo. Et q̄
talis febris mordacis ē caloris reſpectu īflatiue. minus v̄o
q̄ cauſon ꝑꝑ accēſionē ipſi⁹ ī ſtō hūido putreſcētis ī oībus
venis corporis vel maximis titillico vſq̄ ad īguina ꝓtēſis
valde ī ꝓpo loco ei⁹. Et ꝑinde ꝯtinua exiſt: ⁊ ꝯcluſa nullā
ītermiſſionē q̄etis ex ſe hn̄s: ſꝫ vnū paroxiſmū a p̄ncipio ī-
cōtritū ⁊ ꝯtinuū: ⁊ abſq̄ ſudore īteruenīēte vſq̄ ad finē ac
cedēs variū hn̄tis calorē: q̄ aliq̄ñ augmaſticū: aliquando
ꝑaugmaſticū: ⁊ aliq̄ñ homotenū ſm q̄ de eius putredine
plus vel min⁹: vel equal̄r reſoluit̄ ei q̄ȯ de ipſo putrefactōi
ſuccedit: ꝑꝑ q̄ȯ dcm̄ ē tres hr̄e ſpēs: quarū p̄ma ē deterior.
min⁹ mala ē ſcḋa: ⁊ tertia ē media īter eas. Quaꝝ termin⁹
ē plīmū vſq̄ ad ſeptimū diē. Et q̄ñq̄ ī q̄rto cū eūone ma-
nifeſta ꝑ fluxuꝫ ſanguis vel eruptionē colere ex vētre vel
ſudorē: vel deriuationē ad cutē q̄r fiūt flegmones ī emun
ctorijs vel variole: vel morbilli: aut paſtitiū: ⁊ illud ē pluri
mū bona terminatio q̄ñ antecedūt ſigna digōnis. Et q̄ñq̄
terminat̄ male: vt q̄ ꝑmutat̄ ī cauſonē ⁊ q̄rtanā: ⁊ freneſiꝫ
vl̄ litargiā ⁊ ꝓfūditatē ſōni aduenīētē ei: vl̄ hidropē ſiccā
q̄ ꝑdcā eūo nō reſoluit: ⁊ ꝑmutatōis ſigna p̄cedūt ī quolꝫ
appētia mēbro ad q̄ȯ ꝑmutatio fiet. Et cā ei⁹ duplex ē: īte-
rior ⁊ exterior. Interior ē quā ſupra ī principio ſumme h⁹
oſtēdim⁹: ⁊ ē ſanguis ꝑꝑ oppil̄onē intrāſpirabil̄ putreſcēs
ꝑꝑ ſui aptitudinē a ꝯpl̄one ſuba q̄titate ⁊ loco: lꝫ raro acci

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0451-4
DFG

dat' talis fe. pp cām i pncipio hui' capli aſſignatā. Exterior
vo ē duplex. vna ē diſpōes: alia ē oplōnes. Diſpōes ē vſus
fructuū in ſuba ſanguis multiplicātiū hūorē aquoſuz cru/
dū quo ad putredinē pparaī. vt ſunt fruct' aquoſi ſtiptici
ꝛ pōtici noti. ꝛ ppie pſica ꝛ poma imatura: ꝛ pira. Cōplo/
nes eſt mot' corporis laborioſus: ꝛ aie. vt ira ꝛ ſilia ſubito
cōmouēs ꝛ iordinate ipz ad loca oppilōnū iflāmās ꝛ ptur
bās: ꝛ calor aeris iducēs ebulitionē i eo: qr putreſcit a nāe
regie deſtitut'. ꝛ febrē accēdit. Signa ſunt ſigna replōnis
ſanguis ꝛ q̄litas corpis mutata ex iflatiōe faciei oculoruz
ꝛ venarum cum rubore ꝛ pruritu in collo facie ꝛ naſo. Et
quandoq̄z fluit ſanguis ab eo: grauedo capitis ꝛ pectoris:
ꝛ dolor grauatiuus inter ſpatulas extenſus in dorſo. angu
ſtia anhelitus cuz multa fumorum emiſſione ꝛ odore gra
ui ꝛ cordis tremore: ꝛ qnq̄z cum ſincopi. Pulſus plen' ve
lox ꝛ ſpiſſus: nō fortis: vt erat i iflatiua. Illa. n. non omitte
bat ſe niſi forti ṽtuti. i hac vo ex quo ſanguis putreſcit fcā ē
ibecilis nō valēs ſanguinē gubernare. Urina vo eſt rubea
obſcura pulueruleta ꝛ ſpiſſa. ꝛ febris diſpō ē vt ē dcā cū cir
cūſtātijs oſilib' ei. Et cura hui' fe. ſpāli iudicio gnālis cura
tiōis pdicte ē adaptāda. Cum. n. ſm. G. gnālia i ſpālib' oti
neanī i eis erūt ſeruāda. Et pide cura h' ē q̄tuor res ppor
tionabiles illis ſupra. ſ. Abſciſio cāe. febris alteratio. regis
ordinatio: ꝛ correctio accn̄tiū. Pria ē cūo ſanguis putreſcē
tis q̄ duplr ē oplēda minoratiōe. ſ. ꝛ mūdificatiōe. Mino/
ratio fiet ei' nō expectata nec pmiſſa digōne cū flomia de
venis man' magis q̄z cū re alia. ēt diez nūero nō attēto: ſz
fiat q̄cūq̄z die pueneris ad ifirmuz: ſiue ſit par: ſiue ipar: ꝛ
q̄cūq̄z hora maxie pma: ꝛ cū illis pportiōalib': vt vētoſa/
tiōe cū ſcarificatiōe i crurib'. pulpis tibiaz ꝛ dorſo: aptiōe
venaz emoroydaliū vel mēſtrualiū: ſi flōmiā nō tollerat
pp cāz ſupi' dictā i iflatiua. deide i aptiōe venaz narium
ꝛ frōtis medic ꝛ pp replōnē ſacietē magnā idigētiā dz eē
mlta: ſz pp putredinē ꝛ oppilōnē q̄ nō tolluntī ex ea: ꝛ ṽtu/
tis debilitatē q̄ nō tollerat: oz eā ptire. Si ergo fiet pauca
ſeruetī aliqd ſanguis i cibū nāe q̄ fiat potēs i alijs ꝛ criſib'
expectatis: nec oportcat itēporanee vlteri' pcibare pp di
ctā iā ſupi' cāz: ſz fiat frequēter vt paulati educatī putre/
do cū totalitate ꝛ virtutis oſeruatione. Mūdificatio pu
trefactiōis ſanguis opletī dupl'r. vno mō cū his que ab eo
ſuauiter mūdificādo fūoſitatē q̄b' ad iflāmatōez pducitī
clarificāt ipm ꝛ purificāt ſeq̄ſtrando ab ipſo ſupfluitates
aquoſas q̄bus ad putrefactōem diſponitī: qr ipm febrē ac
cēdere. G. dixit. Qualia ſūt cuſcute: abſcinthiū: ꝛ cap. ve. ꝛ
tamarindi: q̄ aquoſas ſupfluitates educūt. Et diuretica ca
lida ppe leuia. ꝛ alia ex mūdificātib' ſanguinē q̄ i antido/
tario diximus. Et q̄lia ſūt yſop' anfodillus ꝛ baſce q̄ mundi
ficant ipm ab hūore crudo q̄ cā oppilōnis exiſtit q̄ cā eſt i/
mediata putredis ei' digerēdo illū. Alio mō cū his q̄ ſuba
liter ꝛ notabil'r purgāt ꝛ ſoluūt hūorē corruptuz ſanguini
mixtū vel gnatū ex corruptōe ipſi' vt colicū vel mlicū vl'
aduenientē ſibi ꝛ ificiētē ipm ſiue ſit fla ſiue mlia. Nihil
. n. aliud eſt purgare ſz. G. q̄z puz ſāguinē derelinq̄re vtro
q̄z mō itelligendū eſt hic cū corruptū ſanguinē mūdificā
dū dicam'. Cōprehēditī. n. effect' putrefactōis ipſius a q/
bus purgatū eē oz ſi mūdificatus ꝛ purus debeat ſanguis
pmanere. Qualia āt ſint h oīa ſupra in ātidotario dcā ſūt.
Sūt. n. ex eis ſimplicia ꝛ oposita. Et ſimplicia ſūt q̄ ibidez
ſunt nūerata. Et opoſita ex q̄b' ē yerapigra ppe ꝛ dcoctio
capi. ve. q̄ ſil'r oia reſpiciūt. Et alie medicie ex illis opoſite.
talia vo mūdificātia vltimo mō dcā digerētia pcedere d/
bent eo q̄ mūdificāt attrahēdo fortiter plima. alia vo ſil'
digerētia ꝛ mundificātia ſunt abſq̄z attractōe forti. Et di/
gerentiū q̄dā ſunt q̄ ſubtiliāt cū in ſāguie hūor crud' mix/
tus fuerit ꝛ groſſus q̄ ſunt iā nota ſupra. Et ex illis ſūt ſiru
pus de yſopo ſirupus ꝛ trociſci: ppie de roſis de baſce ꝛ ſi
milia. Quedā q̄ iſpiſſant cū fuerit in ſanguie hūor ſubtilis
vt eſt rob iuiubaz aq̄ lentiū dactiloz draganti ꝛ ſiliū. Et
qnq̄z oz pmittere aliq̄ q̄ nām leniant: ſicut eſt herba acetoſa
recens q̄ laxat ad dnaz ſeis ſui q̄ ſtringit ſpāliter ſi ſit ſic/
cū: vt dixit Abo. Et ſuccus duoz granatoz expreſſoz cuz
pulpis ſuis granis coz nō cōtritis in q̄titate. ℥. vi. ſira. caſſ
tamarindi pruna ꝛ ſilia: q̄ feruorē ſanguis repmūt ꝛ reſol
uunt ſubtilitatē colicā lenīēdo nām. Alteratio fe. diſcra/
ſie fiat cū illis q̄ ex medicis iterius ꝛ exterius approxima
tis ifrigidāt ꝛ hūectant ꝛ cū aq̄ ordei lactuce ꝛ aq̄ caſſiefi.
coriandri hūidi ꝛ aq̄ lentiū ꝛ ſiliuz. ꝛ aqua fra: ſi nō fuerit
qd phibeat ꝛ breuiter cū his q̄ ſupra in cura gnāli ſūt dcā
q̄ hic ēt ſunt obſeruāda ꝛ put diſpō exigit eligenda ꝛ mi/
niſtranda abſq̄z ſupfluitate vel prauitate. Sic eniz talia q̄
ifrigidādo ſedēt ebullitionē ſanguis incidāt hūorē crudū
oppilantē ꝛ aperiāt oppilationē q̄lia ſūt ex ſimplicib' ace
toſa ppe ꝛ oposita ex illis ſunt nota. Et ex illis eſt ſirupus
acetoſus oxiçachara ſuccus granatoz muçoz ꝛ aranciōz
cū çuccaro pruna ꝛ ſilia: nō valde ſtiptica. Et ex appropa/
tis eſt criſolocana ꝛ pes locuſte ꝛ decoctio eius ꝛ cōſiles.
Regimē vo ipſius ſit cū cibis ꝛ potibus ṽtutē cōſeruanti
bus nō multū nutriētib' euchimis fris ꝛ hūidis vt eſt ſa/
tich ordei cuz granis granatoz ꝛ iuiubis aq̄ ordei: ꝛ alijs
iſpiſſātibus ſāguinē abſq̄z ſtipticitate multa pp oppilatio
nē q̄ in putrefactōe eſt pma. Et iō cā augmētata augebit
fe. ipſa vt eſt ſumach ꝛ amilū: ex mūdificātib' vt endiuia
boragine ꝛ bugloſſa. bleta portulaca lupulus lactuca ꝛ ſili
bus. Et qnq̄z cū ſubtiliātib' vt aq̄ cicez capparib' cū ace/
to ꝛ aq̄ cauliū ꝛ ſilib'. Sint aūt i q̄titate pauca ꝛ ſepe da/
ta vt reſumptio eūoni corrūdeat. Et ſic paulatie corrupt'
ſanguis educitī ita paulatine reſtaureī bon'. Corruptōi. n.
eſt nečaria reſtauratio cū tēperamēto dixit. G. in hora ma
tutinali in q̄ refrigeriū ab aere recipit: qd a ſe hēre nequit.
Correctio accn̄tiū eſt pruritui accn̄ti in naſo ꝛ collo ſuccur
raī cū pōne vētoſe in eo ꝛ puocatōe ſāguis ex eis: tremo/
ri vo cordis ꝛ pulſui anguſtie anhelit' ꝛ dolori capitis gra
uatio ꝛ dorſi ſubuenietur eis cū flomia ꝛ reiteratiōe ei'. ꝛ
ſincopi cū pane ꝛ ſucco agreſte vel granatoz aū ipaz ꝛ cuz
vino limphato cū aq̄ ro. in hora ſincopis. Fluxui vo ſāgui
nis vētris ꝛ ſudori nō obuieī niſi cū ſupfluerit de q̄bus di
ctū eſt ſupi'. ¶ Deſcriptio ſirupi mūdificātis ſāguinē. ℞.
boragis bugloſſe lupuloz cap. ve. endiuie cicoree. aū. m. i.
radicum. v. cōiuz. aū. ℥. ß. cuſcute floz abſinthij eupatorij.
aū. ℥. ß. çucca. lib. i. ſucci ro. ℥. iij. doſis. ℥. i. cū. ℥. ß. tamarido/
rū pulpe tereniabi ꝛ aq̄ paſſulaz qd ſufficit. ¶ Deſcriptio
potiōis ad idē cū ſolōne. ℞. mellis caſſiefi. ℥. ij. diſſoluanī
in aq̄ endiuie ꝛ ſumaī per interualla hebdomade. Et aliq
addūt reubarbaz cū in ſanguie cola dnaī: ꝛ aliq agaricuz
cū dominaī fla: ꝛ aliq aquā epithimi cum admixta eſt ei
mlia. ¶ Deſcriptio aq̄ iſpiſſantis ſāguinē. ℞. dactiloz im
maturoz iuiubaz nūero. xv. lēticulaz terre excorticataz
ꝛ aq̄ ſeu vtriuſq̄z. aū. ℥. i. gūmi drag. ℥. i. coriādri. ℥. ß. dcoq̄n
tur ꝛ addanī penidioz. ℥. iij. çuccari tabarçet. ℥. i. doſ quo
libet mane. ℥. ij. ¶ Deſcriptio trociſcoz pprioz ad fe. ſan
guinis. ℞. ſpodij. ʒ. iij. ſe. portulace. ℥. vi. ſe. cucu. ʒ. iij. gūmi
draganti amili. aū. ʒ. iij. ſucci ligritie. ʒ. viij. fiāt ex eis tro/
ciſci. ʒ. i. deī. ʒ. ß. vel. i. cū aqua cuſcute iſpiſſat. n. ſanguinez
ꝛ ofortat epar. ¶ Deſcriptio alioz. ℞. ro. ʒ. iij. berberis. ʒ.
ij. ſe. cucumeris citruli melonis ſpodij ſe. portulace. aū. ʒ. i.
gummi drag. amili. aū. ʒ. ß. reu. ſeni croci camphore. aū. pō
dus granorum. xx. ꝛ informenī in q̄titate. ʒ. i. ꝛ detur vn'
cum aqua coriandri ad idem.

¶ Capi. iij. de medicis fe. flaticaz ꝛ pmo de quotidiana.

Febris quotidiana ē fe. accēſa i flegmate: putreſcē
te q̄ q̄dē qz eq̄liter exercebaī quotidie dcā ē quo
tidiana: lz accn̄talr vt ifra diceī xrat aūt vt pdcīs

f

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0452-0 DFG

eſt in pñcipio ipſa duplex iterpolata ⁊ ꝯtinua illi ꝓportiõa
ta. Exacerbari.n. videt̃ in pꝛodis q̃buſdã quotidie ipſi⁹ cõ
tinua ſic̃ iterpollata: nõ tñ icipit cũ rigore nec eradicatur
plene ſic̃ illa. Sic q̃dẽ dcã eſt ꝓportõalis: qꝛ ꝯueit iterpol
late ex eodẽ hũore in ſpẽ facte nõ tñ totalr̃: qꝛ ꝯuenit ei et
differt ab ea. Cõuenit ei certe in quotidiana exacerbatõe
put eſt dcm̃ ⁊ in mã: qꝛ vtraq; eſt ex fl'ate putreſcẽte ſm
q̃lʒ ſui ſpẽm. ſapore diſtinctam ⁊ in lõgitudinẽ duratiõis
total' ſeu vl'is morbi: ⁊ particularis paroxiſmi reſpcũ ter
tiane. ſunt.n. de gñe cronicoꝝ: vt. G. dixit: quorũ vl'is ter
minus eſt in. lxiiij. dieb⁹: ⁊ pticularis paroxiſmus in. xviij.
horis. ſʒ plimũ. variant̃ aũt ſʒ pl's ⁊ min⁹ rõne varietatis
hũoꝝ in q̃titate ⁊ q̃litate ⁊ rõne varietatis corporis i v̾tu
te ⁊ ꝯpõne ⁊ in tẽporib⁹ vl'ib⁹: qꝛ ſtatus ⁊ declinatio ꝓlon
gat̃ in eis. ⁊ i hora exacerbatõis: qꝛ ſm vnũquẽq; diem ad
veſperã ⁊ noctẽ magis. Et in ptib⁹ ſeu horis exacerbatõis
ipſi⁹ paroxiſmi: qꝛ pñcipiũ ⁊ declinatio ꝓlõgat̃ in eis. In
eẽntia fe. qꝛ vtriuſq; calor obtuſus ẽ ⁊ icqualis ſeu diſpar
titus. ⁊ hoc totũ pp hũoris nãmq; fr̃us groſſus ⁊ viſcoſus
eſt vl'r. differũt tñ ſm pl's vel min⁹ ſʒ diuerſitatẽ ſpẽꝝ ei⁹
vt ifra dicet̃ ꝓpiciãte xpo. ⁋ Porro in alijs accñtib⁹ eẽn
tial'r diſtictis vt in q̃litate mutata corporis: vt qꝛ faciei co
lor ⁊ vniuerſi corporis ad palorẽ ⁊ plũbeitatẽ cũ iflatione
tendit: lʒ vapor ex putredie aſcẽdens qñq; ipm̃ ad rubedi
nẽ mutet ⁊ actõe leſa. qꝛ eſt cũ ſtõi leſiõe plimũ pp cãm i
feri⁹ aſſignãdã. ⁊ cũ dolore ipſius atq; groſſicie ⁊ alioꝝ vi
ſceꝝ pp oppilatões multiplicatas in eis. Et pulſus ẽ paru⁹
dimiſſus debilis in p̃mis: deide fit frequens in ꝓceſſu pp
ei⁹ paruitatẽ ⁊ freq̃ntiã. Et ei⁹ puitas vehemẽtior ẽ q̃ꝫ fre
quentia q̃rtane ⁊ tertiane. veꝝ nõ eſt velocior pulſu q̃rta
ne. ⁊ qñq; eſt tardior eo aut ſil'is illi in p̃mis ⁊ ẽ vehemen
tis diuerſitatis cũ puatõe ordis: ⁊ diuerſitas magis ẽ in p
uitate ⁊ debilitate ipſi⁹: ⁊ ſignificatões pulſus ſup eas ſunt
de certiorib⁹ ſignis. Et vt vria q̃dẽʒ in eis i p̃mis eſt alba ⁊
ſubtilis pp fr̃itatẽ hũoris ⁊ ꝯplexionis: deide fit rubea pp
putredinẽ. ⁊ qñq; pmutat̃ ecõuerſo pp hũorẽ q̃ in digõnẽ
icurrit ⁊ iteꝝ rubet ⁊ inſpiſſat̃ pp digõnẽ ⁊ expulſionẽ: op
pilatõe apta. ⁊ egeſtio eſt mollis alba ⁊ iflata fl'atica. Et in
circũſtantijs vl' etate. nã plimũ accñt humidis nã quietis
vel etate ifantib⁹ ⁊ ſenib⁹ in tpe hyemis in regiõe hũida:
guloſis patiẽtib⁹ nauſeatiuã ſatietatẽ exercitãtibus ⁊ bal
neantib⁹ ſe poſt repletionẽ ⁊ nauſeã ⁊ hñtib⁹ oxirẽmiã ⁊
deſcenſũ hũoris fl'atici ad ſtõm in quo putrefit plimũ tã
quã in miera gñatõis ſue pp malitiã regimis. Et ꝓide nõ
excuſat̃ a defectiõe ſtõi cũ caſu appetit⁹ ⁊ malitie digõnis
q̃ eſt cã doloꝝ ⁊ ſincopis defect⁹ v̾tutis ⁊ prauoꝝ acciden
tiũ alioꝝ ⁊ ꝓprie iterpollata. Et ſunt abſq; ſiti pp fl'aticã
nãm abũdantis in ipſo q̃ ſi accidit fit pp putredinẽ eius ⁊
ſalſedinẽ ductã ex ea: ⁊ tñ mior erit q̃ꝫ in alijs: lʒ ſit magis
perdurãs. Quib⁹ oib⁹ accñtibus vel plib⁹ dcis cognoſcit̃
fe. fl'atica: ſeu quotidiana iterpollata ẽt ⁊ ꝯtinua in ſeipſa
vt ꝓprijs ſignis: ⁊ diſtiguit̃ ab alijs gñibus putridaꝝ feb.
⁋ Differt v̾o ab ea in mõ exacerbãdi ac declinãdi in for
titudine vt dcm̃ eſt: ⁊ debilitate caloris ⁊ iterpollatiõe ac
cõtinuitate ipſi⁹. Et q̃dẽ q̃ iterpollata ẽ cũ exacerbat̃ vel
mouet̃ ad afflictionẽ ⁊ paroxiſmũ inuadit cũ frigore ma
nifeſto. p̃mũ tñ paruo: deide magno: ⁊ vtroq; p̾us puro: de
inde cũ oripilatiõe pp calorẽ quẽ acq̃ſiuit fl'a cũ ad putre
dinẽ ſucceſſiue ſm ptes ſuas deuenerit pp ſui groſſiciẽ: qꝛ
fr̃itas ab eo ⁊ fum⁹ calid⁹ reſolut⁹ ſil' per ſenſibilia mẽbra
corporis ſubito diffundit̃. ⁊ ſic fr̃itas ſil' ⁊ calor pcipit̃. Cũ
v̾o totus ſit putreſcẽs calorẽ accẽdit minorẽ: qꝛ trãſpirabi
lẽ ad exteriora. deide reſoluit̃ ⁊ declinat oio. qñq; plimũ
abſq; manifeſta eũone ⁊ plurimũ nõ oio. ⁊ tunc ꝗes ſucce
dens erit ipurior: ⁊ pp hoc debilitatẽ v̾tutis ⁊ hũoris viſco
ſitatẽ q̃ ſemia putredis derelinq̃t ⁊ aliq̃ñ cũ vomitu ⁊ vẽ

tris fluxu ⁊ rari⁹ cũ ſudore pauco pp nãm hũoris q̃ ſi fiat
ſubtilitatẽ oñdit magis: ⁊ morbi ꝓinde breuitatẽ. Cõtiua
vero cũ ad exacerbationẽ venit abſq; frigore inuadit vel
cũ frigore pauco nõ valde manifeſto pp ventrẽ apõ pſen
tiã frigoris hũoris cõmoti qd̃ inimicũ eſt eius. Et lʒ tarde
ad augmẽtũ pueniat ſic̃ illa: tñ ex quo putrefit calorẽ for
tẽ accẽdit ⁊ ꝯtinuũ q̃ nõ declinat oio. Et hoc totũ pp hũo
ris poſitiõeʒ ⁊ ſitũ vt ſupi⁹ dictũ ẽ. Differt quoq; ab illa i
pulſu ⁊ nã quo ad q̃d. Nã pulſus ꝯtinue ẽ icqual' ⁊ nã tur
bata. iterpollate v̾o nõ. ⁊ in piculoſitate. ꝯtinua.n. piculoſi
or eſt reſpectu iterpollate ſibi ꝓportõate. Inq̃t.n. hyppo. i
affo. Febres q̃cũq; nõ deficiẽtes in dyatritis fiũt fortio
res ⁊ piculoſe. Qd̃ gñaliçãs. G. ait. Feb. illa nõ moleſta ẽ q̃
de ſe corp⁹ mũdificat. Que v̾o nõ mũdificat: reſpectu ei⁹
eẽ moleſta dignoſcit̃. His.n. accñtib⁹ quotidiana iterpol
lata diſtiguit̃ a ꝯtiua ſibi ꝓportõata. Et ꝯueniũt ambe cũ
alijs gñib⁹ putridaꝝ ꝓportionaliũ de q̃b⁹ ifra dicet̃ duce
xpo. ⁋ Adſunt ergo ipſi quotidiane ſpẽs pl'es ⁊ diuerſe et
differentie ſubales ſm pluralitateʒ ſpecieꝝ fl'atis i q̃b⁹ ac
cẽdit̃. Alia.n. eſt i fl'ate acetoſo. alia i fl'ate ſalſo. alia i dul
ci. Raro v̾o i vitreo. plurimũ.n. rigoreʒ fac̃ abſq; febre cũ
putrefactiõi ſit ineptũ rõne ꝯplexiõis ⁊ ſube. Accẽdit quo
q; ſpẽs alie: vel dr̃ie accñtales. ſeu modi rõe loci tpis: ſeu
hore ⁊ rõne ſinthomatis ei aſſociati. Cũ.n. i frigore ⁊ calo
re ꝯſiſtat: aut pcedet frig⁹: ⁊ ſequit̃ calor: vt dcm̃ ẽ: qd̃ ẽ plu
rimũ: ⁊ tũc fiet quotidiana v̾a: aut ſil' ẽ frigus ⁊ calor: qd̃ ẽ
rari⁹: ⁊ tũc aut ſũt in diuerſis ptib⁹ corporis: aut. i eiſdẽ. ſi i
diuerſis: aut qꝛ extra ſentiat̃ calor: ⁊ intra frigus: ⁊ ſic erit
quotidiana empialla noiata de gñe quotidiane ⁊ putride:
lʒ ſerapio dicat: tũc effimerã fieri fe. p quã tñ iterpollataʒ
dedit itelligi: aut eꝯ: ⁊ ſic erit quotidiana noiata liparia.
Si v̾o i eiſdẽ omnibuſq; corpis ptib⁹ i quo fit frigus ⁊ ca
lor ſentiat̃ i eis. ⁊ tũc erit cũ tertiana noiata: in q̃ ſil' vtraq;
exiſtit a ꝓprietate rei denoiatiõe aſſumpta. Et ſecundum
horã exacerbatiõis: aut.n. exacerbabit̃ i hora fl'atis veſpe
raꝝ. ſ. ⁊ noctis qd̃ ẽ magis vt dcm̃ ẽ: ⁊ tũc fiet cotidiana di
cta nocturna: aut ſʒ horã diei: lʒ illd̃ ſit raro. ⁊ tũc fiet quo
tidiana dcã diurna. Et ẽt ſm aſſociatiõeʒ accñtis ſincopis
⁊ tũc fiet quotidiana dcã ſincopalis hũoroſa ad differẽtiã
hũoral' ſubtilis q̃ ẽ hũoroſa colerica ſemp a ꝓpetate rei no
mẽ ſumẽdo. Et q̃dẽ cãe ſpẽꝝ p̃maꝝ vel veraꝝ: ⁊ eẽntialiũ
ex pdictis ſit note. Oẽs ãt ſit cronice: ⁊ ꝓpe ac magis cui⁹ cã
ẽ fl'a puꝝ: vt ifra ex vitreo niſi ei⁹ paucitas ꝯdicat. Cui⁹ v̾o
cã ẽ fl'a mixtũ ſi cũ colera. vt ẽ fl'a ſalſum ẽ min⁹ lõga: ſi v̾o
cũ melã: vt ẽ acidũ ⁊ põticũ magis lõga. Mixtio.n. ſi ſit
⁊ ptial': ⁊ v̾a abbreuiat vl' ꝓlõgat ſʒ diuerſitatẽ miſcibiliũ:
vt ẽ dcm̃. Si v̾o ſit ſm vicinitatẽ. vt ẽ in emitritea: lʒ rõne
ꝯtrietatis vni⁹ hũoris ad alteꝝ abbreuiet vel ꝓlõget: tñ rõ
ne diuerſitatis ſemp ꝓlõget. Inq̃t.n. G. vel hyp. i affo. mor
bus hñs multã ⁊ diuerſaʒ mãm lõgior ẽ hñte vnã ſimileʒ
Signa ei⁹ ſũt eadẽ q̃ dicta ſũt ſupi⁹ in gñali: variata tñ ſm
itẽſum ⁊ remiſſuʒ lõgũ ⁊ breue. Nã q̃ i acetoſo ⁊ põtico ac
cẽdit̃ pdicta accñtia: pura hʒ atq; itẽſa. ⁊ ẽt frig⁹ lõgũ ⁊ ca
lorẽ quoq; tarde accẽdibilẽ minorẽ ⁊ lõgiorẽ. Et i diebus
p̃mis calor ipſi⁹ ẽ paru⁹. In ſubſequẽtib⁹ v̾o fit fortior pp
calefactionẽ ⁊ ſubtiliationẽ hũoꝝ. Et vrina ẽ palida remiſ
ſa i colore: ⁊ ſubtenuis i ſba obũbrata i ſupficie ⁊ nebuloſa
Que v̾o i fl'ate ſalſo ꝯfuſa ⁊ obtuſa pp colere mixtionẽ. vñ
min⁹ frig⁹: rigorẽ v̾o magis hʒ: ⁊ calorẽ acutiorẽ ac breuio
rẽ. Et erit in p̃mis dieb⁹ fortior. In ſequẽtib⁹ v̾o minor. ⁊
vrina ẽ ruffa i colore ꝯfuſa in ſuba: obũbrata i ſuperficie li
uens ſupi⁹. Que v̾o in fl'ate dulci medio mõ ſe hñt. Spẽꝝ
vero accidentaliũ ſeu modorum cauſe ſunt: Et eius q̃ em
pialla eſt cauſa eſt flegma vitreũ ꝯprehẽſũ in occulto cor
poris: nõ tamen in venis ne continuaʒ faciat: ſed extra vt
in ſtomaco: ⁊ iteſtinis: ⁊ hoc ꝓpter ſuã frigiditatẽ itẽſaʒ. qꝛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0453-6
DFG

non poteſt aggregari in venis: ſed in illis tantum in cuius parte accidit iaz putrefactio: ex qua vapor iſlãmatus ſpargiẽ ad exteriora corpis: ⁊ iſlãmat ea iſlãmatiõe õbili lẽta. Quapp dixit Serapio eã effimerã. ſiĉ Abo. cotidianã ɔtinuã. ɔſilẽz ethice. Et ps ei⁹ q̃ remãſit i putrefacta pp pſentiã caloris alteri⁹ ptis putrefactõe i ſuo frigore roboratur. vnũ.n. ɔ̃rioꝝ p pñtiã alteri⁹ ɔfortaẽ: vt Ari. dixit: ⁊ ſic magis fritatẽ in iterioꝛib⁹ iprimit: ⁊ magis ſentiẽ q̃ꝫ p⁹. Sꝫ ad exteriora corpis nõ pueniẽ ppea. qꝛ calĩtate alteri⁹ ptis putrefacte ſũt i ſlãte: ⁊ nõ ẽ ɔtinua: ſꝫ iterpollata durãs trib⁹ aut q̃tuor pꝛodis. Et ſigna ei⁹ ſũt ea q̃ dcã ſũt ſuã cãm demõſtrãtia. Et rari⁹ euẽt⁹ ei⁹ ẽ pp cãm ſupi⁹ dictã. Et plurimũ cũ accidit exacerbaẽ oĩ die: veꝝ q̃ñqꝫ pmutaẽ ſua exacerbatio quotidiana i tertianã vl̃ q̃rtanã cũ difficile ⁊ tarde vẽiat i putredinẽ pp ɔpõnẽ ſubaꝫ ⁊ q̃ꝫtitatẽ purã: ⁊ ɔplonẽ fritam potẽtialẽ ⁊ actualẽ quã i corpe ſeruat: vt. H. dixit. Ob quã rẽ pꝛodica ſolũ ẽ nõ ɔtinua. Nõ.n. poſſe ẽ tãtã friditatẽ eẽ i venis ſanguĩe repletꝫ: quã ẽt nã nõ tollerat: nec p tãto ñ diceẽ quotidiana ex ſlate ſubalr̃ ⁊ ppe. Accñtalr̃ vo a paroxiſmoꝝ circuitiõe fcã qð qr̃ ſit ifra de q̃rtana ppitiãte xpo diceẽ. Et ſpatiuꝫ paroxiſmi ei⁹ ẽ vſqꝫ ad q̃tuor horas: ⁊ plimũ ɔſumiẽ aĩ pp mãe paucitatẽ. Et vrina ei⁹ alba ẽ ⁊ cruda: ⁊ valde modice coloratiõis: ⁊ pulſus eius ẽ tard⁹ ⁊ rar⁹. Et cã liparie dcã ẽ ſla plimũ: ⁊ p ſe: q̃ñqꝫ vo ⁊ p accñs colã. Et mod⁹ qdẽ quo ſla ipſi⁹ cã exiſtit ẽ. Nã cũ iteri⁹ ⁊ corpis pfundo ẽ. vt de ſui nã exiſtit: putrefit: ⁊ iſlãmaẽ iteriora calefacit: ⁊ vapor ex eo reſolut⁹ ad exteriora venire nõ põt vt calefaciat pp ſla vitreuꝫ: qð exiſtit in eis phibẽs ei⁹ extẽſionẽ ⁊ calefactionẽ: vel ſua fritate a q̃ nõ alteraẽ pp illos: vt calefiat: vel ſi calefit nõ putrefit pꝑter ĩeptitudinẽ ſuã: ſꝫ calefit calefactõe aq̃ calefacte. Cũ ergo reſoluiẽ ab eo calĩtas. ſiĉ calid⁹ vapor ab aq̃ redit ad ſuaꝫ nãꝫ: ⁊ ifrigidat: ifrãndo ẽt illũ q pri⁹ fuerit a putredine reſolut⁹: quo ẽt erat calefact⁹: ⁊ ſic magis infrigidat: ⁊ maxie cũ calor nãlis attrahaẽ ad iteriora ſupercalefacta impulſus ẽt a frigiditate exteriori. ⁋ Modus vo ſcðm quẽ cã ei⁹ colera exiſtit eſt: nã cũ eſt pauca. ⁊ putrefit calefaĉ iteriora tñ calore febrili. qꝛ vapor ⁊ fumus ex ea reſolut⁹ ad exteriora pꝑter ſui paucitatẽ puenire nõ potẽs nõ calefaĉ ea. veruꝫ qꝛ calor nãlis ipſoꝝ aũ iteriora trahiẽ calefacta remanẽte depaupata calore ⁊ plus ſolito fra. Liparia enĩ nomẽ ẽ gñis oĩs fe. i q̃ calẽt iteriora ⁊ exteriora frigeſcũt: q̄ ſi ɔtra fe. oẽꝫ exiſtit cũ ſit calor ĩnãlis i totũ corp⁹ extẽſus: illð tñ nõ ẽ ex ſe: ſꝫ p accñs. qꝛ ei⁹ extẽſionẽ phibuit ſla vitreũ. ſ. defectus caloris inextẽſibil: vt ẽ dcm̃ queadmodũ appet in ſili. prune.n. poſite ſupra manũ: cũ non vrãt ⁊ de eaꝝ nã eſt illð: nõ p ſe eſt: ſꝫ pp aliqd aliud ipediẽs quẽadmodũ ẽt in ei⁹ ɔ̃rio eſt videre: videm⁹.n. aquã fraꝫ ifridare ⁊ hũectare: ſi nõ fuerit qð phibeat vt eſt q̃litas mieralis. ⁋ Signa diſtictiua iter ſlaticã ⁊ colericã. nota ſunt ex pdcis ⁊ maxie ex frigore in exterioꝛib⁹ pcepto. In ſlatica.n. maius eſt q̃ꝫ i colica: ⁊ ex exeũtib⁹ ⁊ pcedenti regie: ⁊ alyѕ circũſtãtyѕ q̃ in corpe abũdãtẽ hũorẽ oñdũt. Eius vo in q̃ calor ⁊ frig⁹ ſil̃ exiſtit in vtriſqꝫ ptib⁹ cã eſt nõ vna mã in parte putreſcẽs ⁊ in pte nõ: ſiĉ in empialla: nec due mãe vna quaꝝ putreſcit itra: altera vo extra exñs. ſiĉ in liparia. Sed due mãe ſil̃ ambe putreſcẽtes in periodo q̃rũ vna ẽ in iterioꝛib⁹ ⁊ alia i exterioꝛib⁹ q̃ q̃ꝫdiu gete exiſtũt ſuã malitiã nõ oñdũt: ſꝫ cũ ambe eaꝝ icipiunt putrefieri: mittit vnaq̃qꝫ alteri fumũ ſuũ añq̃ꝫ totalr̃ putrefiat ad locũ in quo eſt. ⁊ tũc eſt ps nõ putreſcẽs pp pñtiam ei⁹ in ſua fritate roboraẽ ⁊ manifeſtat eã. Sic eqdẽ in iterioꝛibus ⁊ exterioꝛib⁹ ſil̃ calĩtas ⁊ fritas ſentieẽ vt. H. dixit. Et q̄ pl̃s ẽ in eodẽ loco: nõ tñ punctuali ⁊ ſtricto: ſꝫ hñte latitudinẽ vt de ɔſideratõe medici. H. itellexit. qð inuit cũ dixit. Nõ eſt dare ptẽ in corpe fraꝫ ad c⁹ lat⁹ nõ ſit calĩtas. ⁋ Et ſigna ei⁹ ſũt nota ex ſui eẽntia: ⁊ alyѕ q̃ caꝫ ei⁹ oñdunt. ⁋ Sed nocturne ẽ ſilĩtudo iter horã veſpaꝝ ⁊ noctis ipꝫ ſla i ſua nã pꝑia: q̃ augmẽtaẽ ſla ⁊ moueẽ ad putredinẽ illa hora. Ingt.n. H. ſilẽ auget ſuũ ſilẽ ⁊ facit ipꝫ furere. Et cã diurne ẽ fortitudo ⁊ multitudo mãe: q̃ i hora ſue nãe ɔ̃rie diei. ſ. ad putredinẽ moueẽ nõ ɔpelliẽ neqꝫ retineẽ. Ingt.n. H. Fortis eſt ignis q in aq̃ nõ extiguiẽ ⁊ fortis aq̃ q̃ igne ñ caleſit. Et pinde piculoſior eſt diurna. Ingt.n. hyp. In morbis min⁹ piclitãtur egrotãtes qb⁹ pꝑe nãe tpis ⁊ hore egritudo ieſt q̃ꝫ qb⁹ nõ pꝑia fm̃ aliqð hoꝝ ieſt. Et lꝫ affo. loq̃tur nõ in cãis. ⁊ pinde nocturna piculoſior ſit cẽſenda. Et cũ eadẽ ſit rõ vtriuſqꝫ hic moꝛb⁹ p cã ſumaẽ. ⁊ hoc qꝛ curatiua itentio q̃ a cã eã ſupat q̃ a moꝛbo in hac fe. niſi i caſibus qnqꝫ exceptis ſupra caplõ gñalis curatõis dcis. Coadiuuãt quoqꝫ ad piculũ: qꝛ eſt ex maiori ⁊ fortiori mã cõiunctio caloris diei cũ calore febrili ⁊ lõgitudo ei⁹ coopantes ſil̃ in reſolõne vtutis ⁊ corpis q pducit ad ethicã. Ingt.n. H. Feb. cũ plõgant minanẽ ethicas: lꝫ nocturna ſit moleſtior eo q̄ hora getis ⁊ ſõni affligat: qua pcipiẽ magis afflictio. Ingt.n. H. Hora getis facili⁹ apparent picula: ⁊ ſigna ipaꝝ in motu pxiſmi in horis pdcis hẽnẽ. Et fe. ſincopal hũoroſa eſt fe. cui aſſociaẽ ſincopis freq̃nter ⁊ mltũ ⁊ a q̃ nõ excuſaẽ ⁊ pꝑe apud motũ corporis ⁊ erectionẽ. Et cã eius ẽ pportõal̃ cãe ſui corpis. Q̃ñqꝫ accñs in fe. ſuperius aſſignate ⁊ eſt plimũ ſla crudũ replẽs ſua multitudie venas ⁊ gñans nãm plimũ ibidẽ. Et cũ moueẽ ad paroxiſmũ currit ad os ſtõi diſponẽte calĩtate ei⁹: qð ſua multitudie ⁊ fritate debilitat ſuffocãdo ⁊ extinguẽdo calĩtate ipſi⁹ et cordis cõpatientis illi pp ligamẽ in arterys ⁊ vaporẽ friꝫ p illas puenĩẽtẽ ad ipm ⁊ cerebri pp ligamẽ in ptib⁹ neruorũ: q̃re vtutes oẽs deficiũt. Q̃ñqꝫ putrefit deiceps facit febreꝫ diſpartitã faciẽtẽ eã excitare: qr̃ predebilitata magis cadit. ⁊ ſic ſincopiꝫat eger frequẽter oĩ hora deteriori paroxiſmi. Et maxie cũ moueẽ ⁊ ſurgit pp ɔmotionẽ hũoris ⁊ emiſſionẽ factã ad cor ⁊ cerebꝝ. ⁊ tũc magis ⁊ pinde q̃ſi q̄ fit alien⁹. ⁋ Signa ei⁹ ſunt ſigna replõnis ſlãtis crudi q̃ ſunt nota. Et febris ex q̃litate vl̃is caloris obtuſa ⁊ piodicatõe quotidiana: lꝫ plurimũ quotidiana pp pmã abundãtiã hũoris ⁊ putreſcẽtiã in venis ⁊ ſincopis aſſociata fe. frequẽter ⁊ multũ: qꝛ color faciei nõ remanet fm̃ diſpõnẽ vnã: imo q̃ñqꝫ eſt plũbe⁹ q̃ñqꝫ citrin⁹ q̃ñqꝫ cineritius pp fumos corruptos: ⁊ q̃ñꝫ niger ⁊ color labioꝝ eſt ſiĉ comedentis mora. Silr̃ exeũtis valde apud cõmotionẽ egritudini: q̃ſi fuerint ſuffocati ⁊ hipocõdria ſũt ſuſpẽſa vehemẽtis iſlatõis ⁊ oculi ſilr̃ eoꝝ viſcera. Et pulſus mioraẽ ⁊ tardaẽ: ⁊ rarificaẽ ⁊ maxie in pncipio mot⁹ ei⁹. Cũ ergo calefit mã ſubtiliaẽ ⁊ pulſus putrefit ⁊ pulſus fit nõ magn⁹: ſꝫ velox in ſiſtole ⁊ ſpiſſus pp defectionẽ vtutis q̃uis illð qð in eo vincit ſit putãs tarditas raritas: ⁊ võit⁹ ẽ acetoſus: ⁊ globoſus: lꝫ q̃ñqꝫ ſit colic⁹ pp aduſtionẽ colere a q̃ q̃ñꝫ fit in viſcerib⁹ pp calĩtatẽ apatis veniẽs in ill̃ cũ quo nõ ſperaẽ ad apa. Ingt.n. H. apa iterioꝝ cuꝫ debili vtute mortale. Si.n. cibeẽ addiẽ ad apa. Si vo nõ: cadit vtus ⁊ maxie ſi putredo in hũoꝛib⁹ corporis ſit extẽſa. ⁊ vrina ẽ ſiĉ vrĩa ſlatice ve ſupi⁹ dicte. Et q̃ñqꝫ eſt colã valde acuta ſubtil̃ ſube ⁊ venenoſe in ſuo motu furioſa q̃ diſcurrendo venit ad ſtõm ⁊ ad pncipalia: qr̃ vt⁹ cadit in pxiſmo frequẽter ⁊ multũ: pp vehemẽtẽ malitiã cãe ⁊ fe. acuitatẽ reſoluenteꝫ corp⁹ ⁊ attenuãtẽ: qr̃ dcã eſt ſubtil̃: adeo vt q̃ñqꝫ nõ ſufficiat vſqꝫ ad q̃rtũ diẽ niſi ſuccurraẽ opportuno ɔſilio. qð ifra deo duce diceẽ. ⁋ Cura ei⁹ eſt duplex: cõis ⁊ pꝑia. Cõis eſt q̃ in qualibet ſui ſpẽ cõiter cõuenit. ⁋ Et eſt quatuor res prima abſcindit cãm. Scða feb. diſcraſiam q̃ñqꝫ ſubalterat: raro.n. itendiẽ adeo vt alteratione idigeat ſiĉ eſt dcm̃: ſed ex ſe plurimũ deficit cã ceſſante. Tertia põit ſtudium in vtute ⁊ vita cũ cibis ⁊ potib⁹ ⁊ regimie debito

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0454-2

in alijs reb⁹ nō nālibus. Quartā corrigit accñtia. Lāe abſciſio in duob⁹ exiſtit:in alteratiōe ꝛ euōne. Alteratio vo cōplet̃ cū minorātib⁹ ꝛ leuib⁹ ī pncipio ſi multitudo ī mā videat̃:quā nā vſqꝫ ad pfectā digōnē nō valeat tollerare. Aliter.n.minuēda n̄ ē.Deſtruit.n.loca ſana reſiſtētia egritudini: vt hyp.dixit.Et pp̄e ſi fortib⁹ moueat̃.ex qb⁹ ſunt cliſteria. vomit⁹ ꝛ ſolō leuis ſm declinationeꝫ māe varia ta:tñ ſm varietatē ſpērū flatis vt dicet̃ ſic̄ eſt çuccaꝝ roſ. ex ro.rub.ꝛ nouū qm̄ eſt lenitiuū ꝛ ꝯfortatiuū cū melle caſiaſi.ꝛ aq̄ ordei vel iuleb.ꝛ hoc in mā mixta ex colā:vl̓ geleniabī cū aq̄ alubeleb ꝛ melle tereniabī. ꝛ hoc in mā fra pura vel mixta:vt in flate dulci ꝛ paꝝ ſalſo:deiñ cū farmacys leuib⁹ ſm hoc poſt tres dies:ex quo ſubtiliatio aliqua facta eſt in mā pp fe.Mā.n.iobediēs valde leui nō educet̃ farmacia:niſi ſint diſpoſita quoquomō.Et qñqꝫ flotomia cū mā fuerit admixta ſāguini:vel nāe ei⁹ ppinq̄ vt.ē fla dulce ſi vrina fuerit rubea.oꝫ aūt vt poſtponat̃ ī pncipio nō tñ multū vt.H.docuit:ꝛ abo.❡ Sed dices quo die fienda ē flomia in die pari vel īpari:die pari magis: vt ſeruant moderni q̄ꝫ īpari ex quo oī die exacerbabit̃:eq̄lr: vt dcm̄ eſt in pncipio ſupra.Dixit falco nō video cāꝫ: qr magis ī pari fiat vt ſeruat̃ q̄ꝫ in īpari:niſi qꝛ cū ꝯtingit aſſociatū:ꝛ ponit̃ pctāꝫ eſſe hūoris calī ꝛ ſāguinei pp̄e: qꝛ vt ſup calefactus a fe.nām talē ꝯſueuit aſſumere. lꝫ.H. videt̃ q̄ īpetū pſtat humori flatico magis q̄ꝫ ī dieb⁹ īparib⁹:lꝫ par uus ꝛ īſenſibil̓: pp qd dcā eſt fe.h⁹ ſemp exacerbari eq̄liter quaqꝫ die.Deide ꝯplet̃ cū digeſtiuis ſubtiliātib⁹ icidētib⁹ abſtergētib⁹ ꝛ aperiētib⁹ cū cal̓itate tēperata pp fe.ꝛ maxīe ſi ꝯtinua ſit ꝛ hñtib⁹ ſtōm cōfortare ꝛ puocātibus vrinā ꝛ ſudorē q̄ īfra dicet̃ ſīl̓ib⁹ ꝛ ꝯpoſitis.Et ex ſimplicib⁹ ſūt radices cōes ꝛ ſeia aniſi feni.apy ameos grana paſſu.ꝛ acetū ipſaꝝ ꝛ cap.ve.ſgnantū endiuia cū radice eupatory yſopus baſce ꝛ bedeguar ꝛ pp̄e ſi cuꝫ debilitate ſtōi fuerit.ꝛ ſīl̓ia ꝛ eis fortiora ſm exigētiam diuerſe māe.Et ex ꝯpoſitis in pncipio miſtrandis ſūt. geleniabin cū aq̄ endiuie ꝛ pp̄e īmixta ex colera:vel aniſi apy ꝛ feni. in pura. Et ſirup⁹ acetoſus ſimplex vel de radicib⁹ ꝛ ſeminū dcōrū ꝛ aq̄ mell̓ cū yſopo ſm diuerſitatē māe.Et pp̄e cū ſirupus acetoſus aceſcit in ſtō poſtq̄ꝫ ſi nō aceſcat per duas horas det̃ aq̄ ordei decocta cū radicib⁹ apy ꝛ feni. vt ēt non aceſcat:ſed ſubtiliet ꝛ aperiat. Et cū electuarys ſubtiliantib⁹ ꝛ īcidētib⁹ cū acredine ꝛ cal̓itate acuta ꝛ pp̄e cuꝫ fla crudū ſeu vitreū fuerit vel mixtū ml̓ie:qꝛ fuerit ponticū ſeu acetoſū vt eſt dyaciminū dyaſulfur.Et cōeſtio ſalſorū ꝛ pp̄e oliuaꝝ ſalitaꝝ ꝛ capparoꝝ ꝛ potus oximellis ſq̄llitici cū aq̄ endiuie ꝛ roſa. ꝛ alia q̄ xp̄o ānuēte dicent̃ īfra.Deinde cū apueris ꝛ eq̄ueris:ꝛ vſqꝫ ad ſeptē dies oꝫ vt redeas ad ſolutiuū dcm̄ ꝯfortatiuū:deide ad digeſtiuū. Melius.n.eſt vt euet̃ ex mā aliqd ꝛ expectet̃ in reliquo: donec digerat̃ paulatiꝫ q̄ꝫ φ expectet̃ vſqꝫ ad digōnē pfectā:qm̄ quotidiana maioris māe īter alias piodicas eſt ꝛ peioris termīatiōis.vt Raſ.dixit.Et termin⁹ expectatiōis digōnis paulatine in ea ē ſeptē dieꝝ dict⁹.ergo ſic̄ ſingulis hebdomadis paulatīe digerit̃ cuꝫ pdictis ita paulatine euet̃. Sed opꝫ vt ſolutiuū pdictū ꝯfortet̃ cū medulla cartami vel turbit vel agarico.ſi mā fuerit declināſ ad additionē frigoris.Si vo ad colerā addant̃ viole ſicce ꝯtrite ꝛ ſirupus eaꝝ.Si vo ad melīā cū polipodio ꝛ epithimo. Deide miſtrent̃ diuretica ꝛ trociſci de roſis de eupatorio vel abſinthio cū aq̄ feniculi vſqꝫ ad digōnē perfectā.poſt ipa vo miſtrent̃ q̄ euant cū eradicatōe.Et qdem euōnē cōpletia ſunt farmaca dcā ſimplicia ꝛ ꝯpoſita.veꝝ oꝫ vt addat̃ doſis ſimplicib⁹ dcis qbus ēt aliqd collogntide miſtret̃. Et ex cōpoſitis eſt melior yera electa in ſpē ſua ſm māei ſpēꝫ poſt quā balneabis eū ꝛ poſt dabis tiriacā veterē cū vio: qm̄ ſoluit religas ꝛ ꝯfortat ſi expedit dabis cū miua acetoſa vel aromata:ſꝫ mēbri ꝛ māe exigentiā.Et qdē cliſteria ſunt ex aq̄ ſicle melle ꝛ ſale cū oleo ſiſamīo in pncipio. Deide digōne apparēte cū fortiorib⁹ ꝛ vomit⁹ fiat cū aq̄ rafani ꝛ rafano infuſo in ſirupo acetoſo cū aq̄ aniſi ꝛ atriplicis ꝛ ſemīe rafani bibita vſqꝫ ad nauſeā.ꝛ hoc ſi ſit facile ꝛ mā īpetum ad os ſtōi faciat.tūc.n.cōueniēs eſt oī tempore ꝛ pp̄e in pncipio paroxiſmi:cū aq̄ cal̓a:qm̄ reſiſtit rigori ꝛ frigori:extinguit ſitiꝫ q̄uis ſit cu hoc eſtuoſa:cū ml̓tum ſit cal̓a:qr ſit in cal̓itate tēperata quo tp̄e nō retineatur niſi debilitet:ꝛ tūc retineat̃ cū miua:ꝛ ſirupo de mēta q̄ in nr̄o ſūt antidotario ſcripta.Qr ſi grauis ſit ꝛ difficilis nō puoces quoquo mō:qm̄ lꝫ ſit magni iuuamēti ī hac fe. tñ ſi difficilis ē ſtōm debilē debilitabit magis:attrahēdo mām cū nō poſſit p ſtōi debilitate educi remanebit in ſtō faciēs in corpore ei⁹ apa vel in vacuo repletōeꝫ pducēteꝫ ad ſincopiꝫ vt dixit abo.Oꝫ ergo vt expectet̃ in ipſo vſqꝫ ad dies.vij.donec mā diſponat̃ ꝛ ſtōs facilitet̃ ad ipm cū nauſeātib⁹ pdcis.Alteratio diſcraſie pp̄e locū hꝫ in quotidiana ex flegmate ſalſo ꝛ in ꝯtinua magis. Cōplet̃ autē put ſupra in caplo gnal̓ curatōis ē dcm̄.Cauenduꝫ aūt in hac fe.a forti alteratōe ſeu īfratōe:īcrudat.n. māꝫ ꝛ ad cōgelationē perducit ꝛ ꝯñter ad ſubeth ad ſtuporē ꝛ opilationis augmētū ꝛ morbi plōgatiōꝫ.Et ex appropatis ꝯferētibus fe.quotidiane ē bedeguar.qꝛ ꝯfert eis cū defectōe ſtomaci ꝛ folia pētafilō cū augmelli.ꝛ eſt oleū dulce ꝛ ſuaue: aut vino bibita.Conferunt enim ei ꝛ tollunt eam.ꝛ ſumus expti.ꝛ nigella q̄ phibet ꝛ reſoluit febres flaticas.Et ciperuꝫ ſīl̓r: ꝛ aq̄ ordei decocta cū ficub⁹ ꝛ cū melicrato ꝛ cum apio ꝛ feniculo ꝛ ſumptio de corticib⁹ teſilic aur̃.iij.ꝛ ſucco ei⁹.iij.almiluſeth:ꝛ de lacrima ei⁹ aur.i.ꝛ ſūptio olibani cū vino:veꝝ nō oꝫ vt ml̓tiplicet̃ vſus eoꝝ:qm̄ nocet.❡ Tertiā rē ꝯplēt debita cibi ꝛ pot⁹ ordinatio:ꝛ ē vt nō ſint ſubtiles:vt in tertiana:nec adeo groſſi vt ī q̄rtana:ſꝫ mediocres īter illos put morbo ꝯpoſito ꝯueniūt:vel mediocriter lōgo:q̄les ſt̃ carnes:vt extrema pulloꝝ:auicule pue:pdices ꝛ pulli faſianoꝝ panis ſimilaginis: aliquid furfuris hñs: pterq̄ꝫ ī flate ſalſo ꝛ dulci. Et alia q̄ īter mediocrē ſt̃ dcā ꝛ groſſa ppiq̄ ſupi⁹ dm̄rata. Et aq̄ ordei pot⁹ ſimplicis l̓ decoctōis ī radicib⁹ vel ſeib⁹: ꝛ pp̄e ſi aceſcat ī ſtō:aut aq̄ ciceꝝ. Eſt.n.de meliorib⁹ cū ſit pot⁹ ꝛ cib⁹ oēs pdictas ī ſe ꝯplētes ītētiōes: vel hidromelle in crudo ꝛ vitreo:vel acetoſo: vel ſimplex ꝯditū cū ſpēb⁹ ſubtiliātib⁹: icidētib⁹:abſtergētib⁹ aperiētib⁹ ꝛ ꝯfortātib⁹ ſtōꝫ:vt cū cinamomo:ſpica ꝛ aniſo ꝛ maſtice:mēta ꝛ ſīl̓ib⁹.Et cuꝫ apparuerit ſigna manifeſte digōis qd ē poſt.xiiij.vinū ſubtile ē eis ꝯueniēs:ꝯfortat.n. colerā nālē.digerit ſemicrudos hūores:ꝛ puocādo vniuerſas excreatiōes ipſos expellit.Et qñqꝫ añ digōnē ꝯuēit pp ſtōi digōnē frigiditatē hūoꝝ:ꝛ cruditatē:ꝛ pp̄e cū ē pauc⁹ vt qꝛ vitre⁹ fuerit:vt ē dcm̄.Opꝫ aūt vt his ꝛ ꝯſīl̓ib⁹ ex pulmētis:herbis ꝯfectꝫ ex ſicla:aneto:bedeguar:ſparagis ꝛ ſimilib⁹ ī pncipio vberi⁹ reficiant̃.Deide gradatim q̄titas īmīat̃:vt ī augmēto paꝝ ī ſtatu multū.Et ī criſi magis niſi debilitas ꝛ accñtia ꝯdicāt:ī declinatiōe vo remittant̃ vberi⁹.Et hora cibi ē ī qete paroxiſmi vel tp̄e aut declinatiōe ita vt ſit añ paroxiſmū futuꝝ p q̄tuor horas ad min⁹.Qr ſi extiaueris ipi⁹ ſtatū ppiquū vt vſqꝫ ad .vij.diē pp ſubtilitatē ꝛ paucitatē māe eius ſubtiliet̃ cib⁹ ꝛ pot⁹:ꝛ ꝯtētet̃ aq̄ ordei ꝛ ſatich ei⁹. Qr ſi extiatio iuſta nō fuerit ꝛ rōnabilis nullo mō ſubtilies q̄uis dietā extenuatiuā meli⁹ tollerēt atqꝫ famē nutriti a cordis hūoribus paulatī digerēdo eos vt.H.dixit:tñ qꝛ putridi ſūt nutriri n̄ poſſūt. Regat̃ quoqꝫ in aere tpato declināte ad caliditateꝫ maxime preterq̄ꝫ in ſalſo exercitet̃ ſuauiter in lecto de latere in latus voluēdo prout ſupra dictum eſt:ꝛ digeſta materia magis q̄ꝫ in ſalſo. Et fricetur fricatiōibus extremoꝝ trahendo a ſuperioribus ad inferiora ꝛ pp̄ie ante cibū donec caleſiāt. deinde

dimiſſis extremis ꝑueniat̃ ad dorſuꝫ dormiat tẽperate ⁊ equaliter vigilet: vt qḋ digerit ſõnus euaporẽt vigilie. Et ſi fr̃a fuerit ad frĩtatẽ decliue dormiat ſupra famẽ: q̃ꝫ cõ‑ fert iuuamẽtis ſupfluis ⁊ repleat̃ vtilibꝰ ꝓut ſupiꝰ dcm̃ ẽ. ⁊ vtat̃ tẽperamẽto ĩ accñtibꝰ aĩe calefaciẽtibꝰ vt ira ⁊ gau dijs. Si ergo ꝑducat̃ ad irã cõfert ꝓter q̃ꝫ in ſalſo. Corre‑ ctio aũt accñtiũ ꝯplet̃ cũ his q̃ ſequunt̃. ſi.n. frigus ſit ve‑ hemẽs ⁊ rigor in paroxiſmoꝝ ꝑncipio ⁊ egritudo ſit ĩ ꝑnͦ da in potu aquã calam decoctionis ani. apij ⁊ ſe. ocimi. Et euaporabis cũ ea. Et dabis tiriacã ſi fr̃a valde ſit frm vel hãc ꝯfectionẽ q̃ ĩfra dicet̃ ẽt ſi egritudo ꝓceſſerit vltra de fectionẽ ſtõi: ſuccurres cũ võitu ſi poſſe eſt vel cũ vĩo vino ſo ⁊ aſſo pane cũ mẽta ⁊ maſtice. ⁊ ſilibꝰ ⁊ cõfectõibꝰ eorũ dẽ ⁊ cũ cerotis ⁊ empl̃is hñtibꝰ ſtõm ꝯfortare ĩ nr̃o ãtido tario ꝑdeſcriptis ⁊ cũ maſticatõibꝰ mẽte ac maſticis ⁊ odo ribꝰ ⁊ cibis redolẽtibꝰ atq; potibꝰ ex vino ac idromelle cõ ditis. Et ſi defectꝰ ꝓinde appetitus aſſit ꝑmiſſo vomitu ſi expediat dent̃ pillule de aloe cũ ſal gẽma. an̄. equaliũ ꝑtiũ quoꝝ duoꝝ q̇lꝫ ſit põderis. ʒ. i. ad minꝰ. ⁊ ſint ꝯfecte cuꝫ ſucco mẽte. Et ĩ cibis miſtret̃ gellea oliue ſalite: ⁊ capparꝰ cũ aceto ⁊ folijs mẽte ortulane odorifere. ⁊ oĩa odorifera mõ quolꝫ miſtret̃. ṽtutẽ.n. aĩalem cerebri ⁊ cordis ſpũalẽ cõfortãt atq; ep̃is. ⁊ ſtõi ſedãt nauſeã ⁊ ꝯfortãdo ſenſibili tateꝫ oꝛipillatõis ſtõi excitãt appetitũ. Ad qḋ exptũ eſt ga riofilũ cũ aceto añ cibũ ſumptũ poſt q̃ ſũpta miſtrabis di‑ gõnẽ iuuãtia: vt el̃ia ſũpta ⁊ inunctiones ⁊ empl̃a ⁊ alia lo calia remedia in hoc ꝓp̃a. Et ſi accidat ſincopis vel dolor ſtõi ſeu capitis corriges illos ꝓut ſupius dcm̃ eſt: ſil̃r ſi ſu‑ bet ⁊ fluxꝰ vẽtris cõtingat ⁊ ſupfluꝰ vomitꝰ. Et ad breuia‑ tionẽ eius cũ ꝑuenerit vltra q̃rtũ diẽ q eſt veraꝝ cronica‑ rũ vel ꝓpriũ eiꝰ terminũ ſupiꝰ ꝓfixũ. i. q̃rtũ diẽ appeat ꝓ‑ longari q̃druplr̃ iſtabis ſcḋm q̃druplicẽ cãꝫ ꝓlõgatõis ipiꝰ. q̃ ſcḋm. H. eſt puadruplex: duplex ex ꝑte corporis: vt ṽtutis debilitas ⁊ dẽſitas cõpõnis ac viſceꝝ oppil̃o. Et duplex ex ꝑte mãe hũoꝛalis. ſ. multitudo ⁊ fr̃a q̃litas. ſ. groſſa ⁊ viſco ſa ipſiꝰ. Cibabis ergo ꝓp ꝑmã vberiꝰ cũ cibis ⁊ potibꝰ tẽpe ratis ⁊ cordialibꝰ q̃ ṽtutes in ſuis mineris ꝯfortãt: ṽtus.n. eſt curãs ⁊ medicꝰ miſter dixit. H. Cõfortata igit̃ ꝯ̃ morbũ ĩualeſcit. Miſtrabis quoq; ꝓp ſcḋaꝫ approp̃atas medcĩas oppilationũ viſceꝝ q̃ ſupra in epe ⁊ ſplene ſũt dicte. Et hic ſupra. Ex q̇bꝰ ꝓp̃a eſt ameos ꝯfectũ melli edrac aniſuꝫ fe niculũ ⁊ aſſaꝝ. Et ſe. ⁊ aq̃ cuſcute q̃ ꝓp̃a eſt febribꝰ ĩfantiũ ⁊ rarefacientes poroꝝ ꝯſtipationẽ. Ex q̇bꝰ ꝓpriũ eſt oleũ anhetinũ in duplici vaſe calefactũ ⁊ camomillinũ ⁊ cũ de bita fricatõe ĩunctum. Et calidas ſubtiliatiuas ⁊ inciſiuas medicĩas ſimplices ⁊ cõpoſitas dictas ꝑdictoꝝ humoꝛuꝫ adeq̃tiuas reſol̃oni abili ⁊ euõni. poſt quas euãtiuas ipoꝝ multitudis propter tertiã cãm ſubiũgemꝰ paulatim ⁊ per ĩteruall̃a purgãtes ⁊ ꝓferũt ꝓprias. Ex q̇bꝰ ſunt ſimplices ⁊ ꝯpoſite. Et ex ſimplicibꝰ eſt agaricũ quẽ ꝑcepit Abo. da‑ ri quotidie. a. ʒ. i. vſq; ad. ʒ. i. ⁊ tertiã cũ ꝓlueriçatꝫ ⁊ cũ mel le mixtis ſumit̃. ⁊ ſemẽ vrtice poſt digõnem dixit eẽ mira‑ bile valde ſumptũ in puluere melli admixtũ. Uex ſi acci dit ei modꝰ ſol̃onis vẽtris aliq̃s cũ noceat ⁊ dbilitet viſce‑ ra ꝓp epar miſcebis ei ſemẽ cuſcute ꝓp ſtõm maſticẽ ⁊ ani ſum ꝓp ſplenẽ ⁊ eiꝰ groſſiciẽ radicẽ apij ⁊ ſcolopẽdrie. ⁊ for taſſe oꝫ vt addat̃ vltra hoc cipeꝝ cum aqua de been reſol uit.n. febres fl̃aticas. ſi vero accidat ĩde ĩflãmatio febris compoſite ĩfra xp̃o ꝓpiciãte dicent̃. ¶ Cura quotidiane febris ꝓp̃a eſt q̃ ꝓp̃e ſpẽi ⁊ mõ ꝓprio ipſiꝰ debet̃. Et lꝫ ali qua ſuperiꝰ narratiue ſint dcã. hic tñ eã ſpãliter afferamꝰ. Et eſt vt in eiꝰ ꝯtinua abſcidẽtia cãm cũ adeq̃tiõe ⁊ ſoluti ua cũ maiori tẽperie miſtrent̃. Et fr̃a alterantia itẽdant̃ magis q̃ꝫ ĩterpollata ⁊ in fr̃a ex fl̃ate ſalſo. In fr̃a vero ex acetoſo vitreo vt in empialla ⁊ luparia q̃ eſt viplimuꝫ ex ꝑtriſq; admixta eꝫ. Et infecta ex dulci mediocriter. Et diete cibi ⁊ potus ſubtiliatio fiat ſil̃r illis. Sit ergo cõten‑ tus in ꝑmis ſirupo acetoſo çuccarino ⁊ geleniabin cuꝫ aq̃ fen. apij: ⁊ triũ radicũ ⁊ iuleb de çuccaro: ⁊ ſucco granato‑ rũ muçoꝝ ⁊ ſol̃one de aloe yera: ⁊ ſilibꝰ. In reliq̃s ṽo inci‑ piat̃ a ſirupo acetoſo mellino cũ aq̃ çuccari aniſi feniculi yſopi haſce ⁊ ꝓcedat̃ ad calamẽtũ origanũ ⁊ ſiliũ ⁊ ad oxi mel ſq̃lliticũ ⁊ ad fortiora ſolutiua cũ colloquintida ⁊ ye‑ ris magins. ⁊ ſimilibus habẽtibus mixtionẽ mirobalorũ cheb. ſpice ⁊ maſticis ad confortationẽ ſtomaci. Et cliſte‑ ria cum eis aſſaro centaurea ⁊ gummorum ſpeciebus no‑ tis ⁊ ſilibꝰ. Et ex his q̃ curãt cũ ꝓp̃etate empiallã ẽ ſũptio triũ vel q̃tuor granoꝝ iuſq̃ami cũ vĩo. In febre aũt ſinco pali hũoroſa: lꝫ cura ſit difficilis: ⁊ ꝓp ṽtutis ſuccũbẽtiam morbo q̃ ẽ ꝑncipalr̃ curãs: ⁊ ꝓp ꝯ̃dictionẽ ⁊ repugnationẽ eaꝝ ĩ auxilijs. vtꝰ.n. q2 cadit ĩdicat cibũ dãdũ: lꝫ hũoꝝ cru doꝝ venaꝝ repl̃o ꝯ̃dicat. q2 ꝑ ipm̃ additio fit ĩ cã. repletio quoq; q̃ ꝓter nãꝫ ẽ. ĩdicat euõnẽ ficdã cu cõtradicit vtꝰ. q2 ꝓ dbilitate nõ tollerat. Ad curã ergo eiꝰ medicia ẽ eligẽda Et ẽ breuiter due res. ꝑma ẽ vt venaꝝ repl̃o atq; ſtõi eua cuent̃ vt tolleret vtꝰ. Scḋa ẽ vt cibꝰ ⁊ potꝰ ꝓp ṽtutis caſuꝫ neceſſariũ ſic det̃ vt ꝯfortet ⁊ magis nõ repleat. Et tertia addit̃ vt ſi qḋ ſit accidens interueniens corrigat̃. ¶ Pri‑ mã rẽ cõplent cliſteria leuia abſterſiua ⁊ paꝝ attrahẽtia ⁊ ſuauiter cũ ordine miſtrata q̃ ex venis ꝑmis humorẽ cru‑ dũ ⁊ inteſtinis paulatĩ educãt ⁊ vomitꝰ ſimiliter cũ ipſum educit de ſtõ ⁊ maxĩe ſi colera ſit admixta ⁊ facile ꝓuocet̃ Et digeſtiua ĩ reliquo abũdãte ĩ eis ⁊ alijs adeq̃tiõeꝫ faciẽ tia: vt ẽ ſirupꝰ mellinꝰ cũ ṽtute iſopi ⁊ haſce ⁊ ſe. apij mane paꝝ de nocte: ⁊ aq̃ mellis potꝰ. Et alia ex electuarijs ⁊ tro‑ ciſcis ſubtiliãtibꝰ abſq; mľta calefactiõe vt ẽ ſirupꝰ aceto ſus mellinꝰ ⁊ ſõnus tpatus ſupra ipꝫ ⁊ fricatiões: deiñ ad euõnẽ ipſiꝰ paulatine cũ tollerãtia ⁊ ſuauitate de venis ſe cũdis quãq; Auer. illã deneget. Et q2 diſſoluẽdo nocẽt: ⁊ q2 tales hũores ex venis nõ educũt: imo medicine laxati ue ſunt neĉarie: qḋ q̇dẽ verum ẽ ſi ſint tolerabiles. Et q2 nõ ſũt ⁊ fricatões faciẽde ſunt: lꝫ imediate nõ euent ſicut ille: ⁊ tñ ſi nocet iuuamẽtũ eſt maiꝰ vt pꝫ. Et melior modꝰ in fricãdo eſt vt ĩcipiat̃ a coxis ⁊ brachijs trahẽdo a ſupe‑ rioribꝰ ad ĩferiora: ⁊ illud cũ manibꝰ aſperis: vel mandili abradente cutem donec calefiat cutis ⁊ mẽbra. Et eis di‑ miſſis: tunc redeatur ad dorſum ⁊ pectus: deinde redeat̃ ad crura: ſecunduꝫ ordineꝫ primum: ⁊ vigilie: ita q2 equa‑ les ſint ſomno: vt digeſſit ſomnus ſupra digeſtiua factus reſoluant fricationes ac euaporent vigilie. ¶ Secundã rem complent panis calefactus in vino vinoſo ⁊ odorife ro tẽpato tpe caſus ṽtutis ⁊ ſincopis datꝰ ĩ q̃ntitate tẽpatꝰ vt ſpũs ⁊ ṽtutes reſtauret ĩ repl̃one nõ addat ſup̃ quã aliꝰ potꝰ ⁊ cibꝰ nõ ꝯuenit vſq; ad declinationẽ niſi aq̃ ordei vł panis ĩfuſus ĩ iuleb: aut aq̃ mell̃ maxĩe cũ crudis hũoribꝰ nutriant̃ paulatiꝫ digerẽdo eos: vt. H. dixit niſi ſint putre facti: quo caſu ẽ deſperãdũ: ⁊ maxĩe ſi ĩ eoꝝ viſceribꝰ apa exiſtat: atq; caſus ṽtutis maxĩe ẽ nociuꝰ. Neceſſariũ vt cõ ſideres diligẽter pulſuꝫ hñtis egritudinẽ hãc ſemp. Et cũ videris debilitari ciba cũ pane ĩfuſo ĩ vĩo ꝯmixto añq̃ ca dat ĩ ſincopiꝫ. q2 ſi ĩ eã ĩcidat eris maxĩe ĩculpãdꝰ. Cũ enĩꝫ adiutor nãe ſis: ⁊ tua ĩterſit vt futuꝝ ꝑiculũ oĩo ꝓhibeas vel ſalteꝫ ꝯpetenti ãminiculo tollerabiliꝰ fiat: expedit ne‑ ceſſario: vt iã añ ꝑcognoſcas: ⁊ hñ ṽtutis caſuꝫ: q̃tenꝰ poſſis eiꝰ ꝑiculoſo caſui ꝑuenire. Hec.n. ſũt hyp. ꝑcepta q̃ maxĩe tãq; diuina ſũt ſtudioſiꝰ obſeruãda. Accñtia ṽoq; ſupueni re ꝯſueuerũt ſũt fluxꝰ vẽtris ſitis grauedo capitis ſubeth: ⁊ ſiſia. ꝓp ꝑmum mel quo ꝯficit̃ ydromel tãtudẽ amplius decoquat̃ ⁊ vẽter cũ ſtipticis emplet̃: ſitis extinguat̃ cũ ſi‑ rupo ꝓp̃o acetoſo ſimplici cũ aq̃ tepida oĩ tpe. Et vt. H. in‑ iunxit cũ fr̃a: ĩ eſtate: tñ tutiꝰ ẽ cũ tepida. Alijs ṽo ꝓuiſuꝫ ẽ ſupra. Cura febris ſincopalis dicte ſubtilis ẽ tres res. ꝑma

abſcindit cauſam. ſecunda ſubalterat fe. diſcraſiam: ⁊ reſi
duū q̄ adeq̄t. tertia v̄tutē cadentē erigit ⁊ ꝯfortat. ¶ Pri
mā rē ꝯplēt farmaca ſolutiā ⁊ medicīe mox cū eger videa
tur anguſtiari: ⁊ debilitari anteq̄ꝫ ꝑ ei⁹ caſuꝫ in ſincopim ad
coꝝ tollerātiā ꝑducaꝫ. Jngt. n. hy. medicari ī valde acutis
eadē die expedit. differre. n. ī talib⁹ malū ē. Sint āt farma
ca q̄ ſuauiter ſoluāt īfrando ⁊ ſtipticādo q̄ten⁹ reſolutōeꝫ
ꝓhibeāt: atq̄ꝫ ſincopim: ⁊ ꝯfortēt. Qualia ſūt ex ſpēb⁹ mi
rob. elio: ſucco roſ. tamarindis: reubarbaro. ⁊ ſucco grana
toꝝ expreſſoꝝ cū pulpis eoꝝ: ⁊ pſily mucilagis: ⁊ ſilibus.
¶ Scōam rē ꝯplēt fre medicine: ⁊ ſtiptice cū ꝓpetate cō
fortātes ꝑncipalia mēbra īteri⁹ ⁊ exteri⁹ miniſtrate. Jnte
rius vt ē ſirup⁹ de nenufare trociſci de cāphora cū aq̄ co
riādri. ⁊ ſimilia. Et ex elyſ: vt ē eliuꝫ de gēmis. calis me
dicinis ſubtractis triaſandalis: dyarodon fm̄ genonis: ⁊
ſilia. Et medicine tales beçoartice: vt ē terra ſigillata cuꝫ
aq̄ coriādri q̄ venenoſitati eius reſiſtit: ⁊ tiriaca ꝓpe cū iu
leb roſ. Exteri⁹ v̄o vt q̄ꝛ pect⁹ ſeu coꝛ ⁊ epar epithimeꝫ cū
ſandalis: ſpodio ⁊ cāphora cū aq̄ roſ. Et cerebꝝ cū oxiro
dino: vt nocumentum venenoſitatis a ſe repellant febris
inflāmatiōe extincta. ¶ Tertiam rem ꝯplent cibus ⁊ po
tus. cib⁹ ex pane cū vino tēperato cū aq̄ roſ. hora ſincopis
Et vberioꝛ cibatio an̄ ⁊ poſt cū cibis frīs ex carnib⁹ cordia
lib⁹: vt ꝑdicū faſianoꝝ: ⁊ auiū ꝑparatis ī gellea: vel cū ace
to agreſta: ⁊ ſucco granatoꝝ cū prunis: ⁊ ſilib⁹. Et ex illis ē
ferculū noīatū romana ſiue limonia. Et pot⁹ vini ſubtilis
lipbati cuꝫ frā: ⁊ īfrigidati cū vino. Et ꝯuerſio regis ī alys
ad ſilia. Deīde ſubiūgem⁹ medicinas: ⁊ ꝓpas ⁊ exptas.
¶ Syrup⁹ digeſtiu⁹ flatic⁹. ℞. capil. ve. yſopi: baſce: mel
liſſe: bugloſſe: boragis: endiuie: bedeguar. an̄. M. i. triū ra
dicū r̄ſidētiū ī aceto: an̄. ℥. i. ligritie: thimi. an̄. ℥. ſ. paſſulaꝝ
enucleataꝝ: corticū radicū caparoꝝ: radicuꝫ ſcolopēdrie:
an̄. M. i. ciceꝝ ru. M. i. floꝝ boragis: ⁊ bugloſſe roſ. viol.
an̄. ℥. i. ciperi. ʒ. iy. ordei. P. i. ſquināti. ℥. y. çuccari lib. i. gele
niabin. ℥. iy. dyaboraginati: dyabugloſſati: an̄. ʒ. y. aceti pre
dictaꝝ radicū. ℥. iy. Et aromatiçenꝫ cum ligno aloes: cina
momi: an̄. ʒ. y. ſpice. ℈. ſ. Doſ. ℥. y. ī aurora cū tepida. Ma
teria. n. ſimplici indiget digeſtiuo: cōpoſita vero cōpoſito.
¶ Syrupus ad flegma ſalſum ex īfectiōe colere. ℞. fumi
terre: endiuie: cuſcute: abſinthy: thimi: acrimonie: ſcabio
ſe: bedeguar: lupullorum violaruꝫ: roſ. an̄. ℥. i. ordei: ciceꝝ
an̄. P. i. corticuꝫ mirabol. citri. ℥. i. ſucci boraginis: ⁊ grana
torum muçorum: an̄. ℥. y. çuccari lib. i. çuccari viol. ℥. iy. ace
ti predictaꝝ radicū. ℥. y. Aromatiçentur cū ſandali ſpody
an̄. ʒ. i. cinamomi. ʒ. y. Et ſyrupus de fumo terre noſter eſt
ꝓpri⁹. Et de epithimo cū eſt ex aduſtiōe cauſatū cū ſucco
fumi terre. ¶ Syrup⁹ ad flegma dulce digeſtiuus. ℞. yſo
pi: melliſſe: capilloꝝ ve. boraginis: ⁊ bugloſe. an̄. M. i. ligri
tie. ℥. i. paſſulaꝝ: ordei: ciceꝝ. an̄. ptē. i. lupuloꝝ. cicoree. an̄.
M. i. ſquinanti. ʒ. y. floꝝ roſmarini. ℥. ſ. aniſi: feniculi: aco
ri: eupatory. an̄. ℥. ſ. radicū q̄nq̄ꝫ cōmuniū. in aceto. an̄. ℥. i.
çuccari: geleniabin. an̄. lib. ſ. radicū acetoſe. ℥. y. Aromati
çenꝫ cū cinamomi. ℥. y. ¶ Syrup⁹ ad vitreū fla. ℞. yſopi
calamēti: origani: baſce: ſticados: arabici: melliſſe. an̄. M.
i. floꝝ roſmarini: bedeguar. an̄. ℥. i. karui: aſſari: ameos: cia
momi. an̄. ℥. i. radicum q̄nq̄ꝫ cōiuꝫ: corticū caparoꝝ. an̄. ℥. i.
nigelle: ciperi. an̄. ʒ. ſ. mellis diſpūati lib. ſ. geleniabin. libꝛ.
ſ. aceti ſquillitici. ℥. iy. Et aromatiçenꝫ. ℞. cinamomi: galā
ge: çinçib. piperis albi. an̄. ʒ. y. ſpice. ʒ. ſ. ſandaloꝝ. ʒ. i. Et cō
ueniens eſt ſyrup⁹ noſter de ſticados ſi nō ꝓhibeat febris
Et trociſcoꝝ ſpēs ſcōm diuerſitatem ſpērū ſunt cōuenien
tes in adequatōe mãe q̄s in antidotario diximus. Et yere
ruffi. H. yerelagodion. Ad purgationē aūt iſtoꝝ procedēs
cū decoctōe baſce ⁊ epitimi ad fla acetoſuꝫ ⁊ pōticū cū pl
uere agarici: ⁊ turbit: ⁊ polipody ad fla ſalſuꝫ cū decoctōe
fumi terre: puluere agarici: ⁊ mirobol. citri. Et yera Gal. ⁊
Ruffi. ad fla dulce cū decoctōe ſucci herbaꝝ cū reubar. ⁊
agarico ⁊ decoctōe eupatory aq̄ fructuū: ⁊ ſilib⁹. Ad fla vi
treū cū decoctōe ſticados ⁊ baſce cū agarico: collogntida
⁊ ſpēb⁹ gūmoꝝ. Et yeracologntide: yeralogodiō ⁊ herme
tis. Et pilłe ſꝫ ꝯueniētes huic itētōi q̄s in nr̄o antidotario
diximꝰ. Ex qb⁹ eliges fm̄ ſpēi exigētiā ſpāles. ¶ Deben
Meſue. ¶ Medicīa ꝯferēs īfantib⁹ febriētib⁹ cū ſiti. ℞.
fermēti piſtoꝝ īfuſi in aq̄ ⁊ colati poſt duas horas. ʒ. i. ſpo
dy. ℈. ſ. ⁊ q̄rtū. ℈. vni⁹ de croco: ⁊ çucca. tabarçet. an̄. ℈. i.
Conficianꝫ ⁊ denꝫ eis in potu cum. ʒ. iy. aq̄ quoniaꝫ ſedat
febres eoꝝ ⁊ aufert ſitiꝫ. ¶ Decoctio ꝯferēs frigori ⁊ ri
gori cū ſolutione mãe faciētis ipm̄. ℞. yere. ʒ. i. turbit. ʒ. x.
mirobolonoꝝ nigroꝝ: eupatory. an̄. ʒ. v. ſal'īdi. ʒ. iy. bede
guar: ſuchucha. an̄. ʒ. iiy. aniſi. ʒ. iy. Teranꝫ ⁊ decoquantur
cū aq̄ apy: ⁊ ſumaꝫ de ea in potu in q̄ṫitate fm̄ neceſſitatē
Et aliq addunt predictis ſpice. ʒ. i. mente ſicce. ʒ. iy. radicū
lily. ʒ. vi. ⁊ informant trociſcos cuꝫ ſucco eupatory ¶ Em
plaſtrum conferens ad debilitatē fm̄ Abo. ℞. camomille
ʒ. y. maſticis. ʒ. ſ. mellis. ℥. y. decoquanꝫ cū vino. ℥. y. Et ſi
ceciderit apetitus meli⁹ eſt vt adminiſtreꝫ vinū in quo de
cocta ſunt camomilla: dactili: mellilotū: ⁊ abſcinthiuꝫ: ⁊ ſi
non īterius ſꝫ exterius ſupra os ſtōi applicenꝫ cū ſpongia.
¶ Trociſci de abſinthio ꝯferētes quotidiane īſeparabili
℞. aſſari ſe. apy: ani. amigdalaꝝ amaraꝝ: ſuchacha: bede
guar: ſucci eupatory: ſpice. maſtič. an̄. ℥. y. floꝝ abſinthy. ʒ.
iiy. Cōficianꝫ cū ſucco abſinthy ⁊ informenꝫ in pondere.
ʒ. i. Doſis. ʒ. i. cū ſyrupo acetoſo ⁊ aq̄ geleniabin. ¶ Deſcri
ptio medicīe de turbit ꝯferēs ei in ꝑncipio. ℞. çin. maſtič.
an̄. ʒ. y. turbit ſič alchol pulueriçatis. ʒ. x. çuccari: tabarçet:
q̄ꝫtū oīa. deꝫ de eo in nocte q̄lꝫ aur. i. qn̄ nā non eſt lenis.
Cū. n. fuerit lenis ſaltē in die bis nō īdigebit eo ⁊ ē aboali.
¶ Decoctio bona ad fla ſalſuꝫ in quo vincit colera. ℞. eu
patory. ʒ. v. radicū lily: radicum liquiritie. ameos. an̄. ʒ. iy.
ſe. apy ⁊ fen. an̄. ʒ. iiy. ſe. cōium. ℥. y. roſ. ʒ. v. decoquanꝫ in
aqua ⁊ ſi vis ſirupenꝫ cū additiōe çuccari tabarçet: doſis
oī die. ʒ. iy. Et aliqui addūt bedeguar: ſuchacha: abſinthy
⁊ paſſulaꝝ. an̄. ʒ. v. Et ēt aliqui addāt ſucci granatoꝝ mu
çoꝝ lib. ſ. ⁊ ē vtile. ¶ Confectio trociſcoꝝ ad ꝓlongatio
nē eius. ℞. roſ. ʒ. x. maſti. fen. ſe. apy. ſe. endiuie ſucci abſin
thy: ſucci eupatory: oīuꝫ. an̄. ʒ. iy. ſpody. ʒ. v. ⁊ ſit doſ a. ʒ. iy
vſq̄ꝫ ad. ʒ. v. geleniabin cū d̄coctōe. fe. ¶ Cōfectio alia tro
ciſcoꝝ laxatiuoꝝ ad idē. ℞. yere: ſucci eupatory: abſinthy
ſuchacha: bedeguar: an̄. ʒ. v. ſe. fen. apy. an̄. ʒ. iy. ſal. naptici:
ſēīuꝫ cuſcute: berberis. an̄. ʒ. x. agarici. ʒ. xv. trociſ. de roſ. ʒ.
xx. turbit. ʒ. xxx. fiant ex eis trociſci. ʒ. i. ⁊. ſ. ⁊ da. i. ꝑ tertiuꝫ
Serapio ingt. ʒ. i. ſe. iuſquiami data cū vino curat febrem
ēpiallaꝫ. ¶ Cōfectio alioꝝ troci. ad idē. ℞. aloes mirabo.
citri. reubar. maſtič. ſucci eupatory: abſcinthy: an̄. p. i. cro
ci. p. i. ⁊. ſ. Cōficianꝫ ⁊ admiſtrenꝫ. ¶ Syrup⁹ ex īuentōe
noſtra ꝯferēs ad fe. cronicas flaticas ⁊ colicas ⁊ melicas
quaꝝ difficilis eſt eradicatio cū debilitate ſtomaci ⁊ opi
lationibus. ℞. Succi blete. mi. ſucci endiuie: aceti: paſſula
rū: ana. lib. i. ſucci mente: ſucci bugloſe. an̄. lib. ſ. aque fon
tis lib. y. ī his reſideāt. v. radicū cōiuꝫ. an̄. ℥. i. radič. ſcolop.
⁊ lupuloꝝ. ana. ℥. i. capilloꝝ ve. bedeguar: corticū caparis.
cimaꝝ ⁊ corticū tamariſci. ana. ℥. i. ani. fen. aſſari: cuſcute
al. ameos: andachoche: lingue arietis: pentafilon. ana. ℥. ſ.
cimaꝝ ſquinanti: cynamomi. ana. ℥. ſ. ſe. cōiuꝫ: corticuꝫ ci
tri. an̄. ℥. y. ordei: ciceꝝ. an̄. p. i. folicłoꝝ ſene. fumi ter. an̄. ℥.
ſ. Deinde decoquanꝫ vſq̄ꝫ ad cōſumptionē medietatis: po
ſtea colentur cū expreſſione ⁊ colature addātur pulueris
çuccari lib. y. geleniabin ſpice: ligni aloes gariofiloruꝫ an̄.
ʒ. ſ. foly. nucis muſca. ana. ℈. y. chubebarum: ſandaloruꝫ:
citri. ſpody. ana. ʒ. y. Doſis. ℥. y. cum calida in aurora. Et ē
efficax ⁊ expertus liberans ſi xp̄s voluerit.
¶ Cap. iiy. de medicis fe. colicaꝝ: ⁊ ꝑmo d̄ tertiana pura.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0457-9

t Ertiana eſt febris accenſa in colera putreſcente: quapp̄ ⁊ qꝛ exacerbat̃ ꝑ tertiũ dicta ē tertiana: ꝑut dictũ ē ſupra. Recipit aũt diuiſionē duplicē: eēntialē. ſ. ⁊ accidẽtalē. Eēntialē pmo rōne ſue cāe: ſeu mãe diuerſificãtis ei⁹ ſpēm eo ꝙ diuerſificat ei⁹ eēntiã: ⁊ accñtia atqꝫ cām: vt īfra patebit. Cũ.n.cã eius īterior ⁊ īmediata ī qua accẽdit̃ ſit colera putreſcẽs: aut eſt pura rōne cui⁹ pura dicetur: aut non pura a qua dicetur impura. quã hypo. vocauit adulteratiuã in ſuo regimine appellauit: vt quia fit in putredine colere mixte flegmati ſubtili vel groſſo cõmixtione partiali ⁊ vera ex qua vnus humor in ſpecie reſultauit: vt ē colera citrina ⁊ vitellina vnum paroximuꝫ faciẽs eēntia calore ⁊ rigore nõ diuerſum vt emitriteo. Cui⁹ cāe ſunt dne mãe ⁊ diuerſe ī ſpē vtplurimũ colera ⁊ fl'a ſeparate ſꝫm locũ. Et ſi dicant̃ cõmixte ſunt ſꝫm vicinitatem cõmixte nõ ſꝫ partes mãe: ⁊ ꝑinde duos diuerſos paroxiſmos ſunt faciẽtes: vt īfra capl'o ſuo dicet̃. Cũ aũt coleram purã dicim⁹: rubeã ītelligim⁹ nõ nigrã. Cũ ſit cã febris q̃rtane: vt īfra patebit. nõ viridẽ vt praſinã ⁊ eruginoſaꝫ cuꝫ feb. nõ facit: vt hy. dixit. Et ſi facit: mortalẽ facit pp̄ ſui naturã venenoſaꝫ corrũpẽteꝫ nãm nr̃i corporis: ⁊ ꝓprie ſi nã nõ ſit equoca. vt dixit Auerois. Accñtalē aũt recipit diuiſionẽ rõne ſui mot⁹ ad afflictionē ꝯtinui vel īterpollati: vñ ē duplex. īterpollata. ſ. ⁊ ꝯtinua. Interpollata ē. qꝛ ī ſuo motu ad afflictionē ⁊ exacerbationē ꝑtiũ īterpollant̃ exacerbationes ipſi⁹ q̃te vera cadẽte in medio eaꝝ. Cõtinua v'o ei⁹ ē duplex: q̃dã ꝓportiõalis illi q̃ in q̃buſdã ꝑyodis ꝑ terniũ: lꝫ forti⁹ exacerbati manifeſte apparet. Et tñ in exacerbatiõibus nõ deficit donec total'r ꝯſumat̃: lꝫ in exacerbationib⁹ ſuis tepeſcat ꝯueniẽs ⁊ drñs ab īterpollata: vt precedẽti capl'o dcm̃ ē: cui⁹ nomē eſt tertiana ꝯtinua. Alia ē q̃ ꝓportionat̃ magis ſinoche. eo ꝙ ⁊ ſi de colera ſit: ⁊ plurimũ ꝑ tertiũ exacerbet̃: tñ qꝛ exacerbatio: ſeu accẽſio caloris eius ⁊ tepor: ⁊ ēt manifeſta mediante artifice medico ſenſitiuo iudicabit̃ eſſe de genere ſinoche vere ab aliq̃bus ⁊ male. Nõ.n.fe. a circuitiõe paroxiſmoꝝ in genere: ſeu in ſpecie ponit̃: ſꝫ poti⁹ a fl'ã ⁊ eēntia vt dictum eſt ſupra per quã ēt eſt cognoſcẽda: ſicut homo per ꝓpriam formã ſicut docuit Hali. Et etiaꝫ eſt curãda. vt īfra patebit: hec aũt eſt cauſon verus de gñe tertiane dicẽdus nõ de gñe ſinoche: valde enim ambo differunt vt in mã ⁊ eſſentia q̃ ē ēt differens a predictis poſitiõe mãe ṗncipaliter vt in ṗncipio dictũ ē. Interpolata enim eſt in colera putreſcente extra venas vt in carne ⁊ poris cutis. Cõtinua vero ꝓportionalis ē ṗncipaliter in col'a putreſcẽte in venis diffuſis per corpus a corde remotis. Cauſon vero eſt in col'a putreſcẽte ⁊ multa in venis partiũ vicinãtiũ cordis: vt in venis pulmonis: caſula cordis: ore ſtõi ⁊ in ꝑtib⁹ epatis ꝓpe. aut qꝛ talis colere poſitio accidit tertiane nõ diuerſificans eēntiaꝫ eius accñtia neqꝫ curã in ſpē ſꝫ ſolũ in q̃ſto talis diuiſio accñtalis eſt dicta. Et cũ cã ei⁹ īterior ex iã dc̃is ſit nota exterior cã ei⁹ ſciẽdũ eſt ꝙ ē cõuerſio regiminis in oīb⁹ non nãlibus reb⁹ ad calm̃ ⁊ ſiccũ. ¶ Signa. cognitio tertiane ſimpliciter ⁊ abſolute ex iã dictis ei⁹ cauſis aſſumit̃ ex ſui eſſentia ⁊ accñtib⁹ ꝓprijs: ⁊ circũſtãtijs cõſilib⁹. Cã vero exterior eſt manifeſta ſalti ex relatõe aſtantiũ vel īfirmi. Interior qꝛ col'a generata ex ṗcedenti regimine accipit̃ ⁊ ex de corpore exeũtib⁹ ſue eēntie quoqꝫ cognoſcit̃ a q̃litate coloris acut⁹ ⁊ mordax. Et ꝓprijs accñtib⁹ q̃ ſunt actiones leſe ⁊ q̃litates mutate: vt eſt dolor capitis plerũqꝫ ⁊ q̃nqꝫ alienatio: vigilie: ſiccitas labioꝝ cũ bothor apparẽtib⁹ ⁊ fiſſura ī eis ⁊ oris amaritudo ⁊ ſiccitas ei⁹ ⁊ ſitis vehemens: anguſtia: īquietudo ⁊ nauſea ⁊ in plurib⁹ ſiccitas vẽtris qñ ſuperius col'a tendit ad ſubcutaneas ꝑtes ex circũferentijs quoqꝫ cõſilibus ⁊ pari ēt illis qꝛ fit in ꝯpl'one colerica etate iuuẽtutis: forma corporis tenui: ꝯſuetis in calis ⁊ ſiccis ⁊ in dieta conſimili tẽpore etatis conſtõne: ⁊ aere calidis ⁊ ſiccis: ⁊ multiplicatio ei⁹ tũc tp̄is qñ accidit. Hec autẽ ſigna dicta tertianã febrē īdicant eē purã ⁊ verã: adeo vt in tñ a varietate ſuccedat inq̃ſtũ aliq̃d eoꝝ deficit: vl' aliq̃d admiſceat̃ eis. Cognitio aũt tertiane pure ⁊ nõ pure ex ſignis diſtinguẽtib⁹ inter eas habet̃ que ſunt qñ in pura ſigna ſunt pure colere in exeũtib⁹ apparẽtia: vt qꝛ vomit⁹ ē coleric⁹ ⁊ citrinus intẽſus ⁊ ſpumoſus ⁊ ſil'r egeſtio ⁊ vrina eſt ignea ⁊ ſubtilis. Et īcipit paroxiſm⁹ ei⁹ cũ rigore parũ durante ⁊ cũ vomitu col'ico plurimũ: ⁊ calor cito extendit̃ de corpore ad extrema adhuc frida: ⁊ augmentat̃ cito qꝛ venit ad ſtatũ ⁊ eſt acutus mordax citoqꝫ reſoluit̃ ⁊ declinat cũ ſudore plurimo vel tepeſcit abſqꝫ manifeſta euõne: vt qꝛ cõſumat̃ in horis q̃ttuor paroxiſm⁹: ꝗ minor ē ⁊ i duodeci ꝗ eſt maior: ꝙ ſi addat ei⁹ additio ſꝫm plurimũ ꝑueniẽs eſt ad horas ſeptē. Et pulſus ē velox ⁊ freq̃ẽs valde: lꝫ in ṗncipio fuerit coartat⁹: ⁊ īcremẽta circuitus ipſoꝝ paroxiſmoꝝ ſeruantes ſcḋm ordinē. Tẽpus durationis vl'is morbi ⁊ nõ extẽditur vltra paroxiſmos. vij. cũ non īteruẽniat error. imo q̃nqꝫ ꝯſumit̃ totũ in vno paroxiſmo ⁊ facit ⁊ q̃nqꝫ cõplet̃ pmũ ſuũ augmentũ ⁊ ſtatũ in pmo paroxiſmo: aliũ declinando ꝓpter ſubtilitatē ⁊ paucitatē mãe. Et in vrina eius cito apparet diġõ vt in q̃rta vel tertia. ⁊ accñtia ſupius dcã ſunt multũ ītenſa nunc aliq̃d ſignũ ꝓlongationis ex his q̃ dcã ſunt ſupra exiſtit. In nõ pura vero eġõ appet q̃d eſt qꝛ in exeũtib⁹ flegma col'e īuenit̃ ꝑmixtũ valde. Et vrina citrinitatis remiſſe ſpiſſe ſb̃e niſi opil'o ꝯdicat. Et paroxiſm⁹ ei⁹ īcipit cũ oripilatiõe durãte multũ ⁊ calor tarde extendit̃: vt ꝑueniat ad augmẽtũ ⁊ ad ſtatũ: nec cuꝫ eq̃litate venit: ⁊ ē obtuſus vl' min⁹ acut⁹ hñs diuerſitates ⁊ tardius reſoluit̃ ⁊ declinat cuꝫ pauco ſudore vel tepeſcit vt qꝛ ꝯſumat̃ ſꝫm plurimũ in horis. xiiij. ⁊ ſcḋꝫ plus in triġita niſi addat ſupra illas. q̃d ſi addat: ei⁹ additio erit vſqꝫ ad horã ſuã que eſt. xxxvi. vt. H. dixit. Et extũc q̃eſcit vel tepeſcit: donec ꝯpleant̃ hore. xlviij. in duob⁹ diebus comprehenſe poſt quos īcipiente ſecũda die ad ſecũdã exacerbationē mouet̃: ⁊ quanto magis ꝓlongatur ipſa etiaꝫ eius exacerbatio longior erit ꝓpter ſubtilis partis materie reſolutionem velocem. ⁊ ꝑinde vl'is duratiõis tempus erit longius vt extendatur vltra ſeptimum periodum plus ⁊ minus. Secũdũ ꝑmixtionē fl'atis diuerſam. Et pulſus ē minoris velocitatis ⁊ frequẽtie. Incremẽta quoqꝫ circuituũ īuaſionis ordinē nõ ſunt ſeruãtes īmo q̃nqꝫ anticipãt q̃nqꝫ poſtponũt q̃nqꝫ equalter īuadũt ēt in tẽpore vl'ium vno. Et in vrina tarde apparet digeſtio. Et accñtia ſupius dcã erunt remiſſa ⁊ īuenit̃ grauitas capitis mł'ta ⁊ ſbeth cũ oīb⁹ ſignis plurib⁹ ꝓlongationis dictis. ¶ Cognitio vero ipſi⁹ īterpolate a ꝯtinua ex ſignis ſupius diſtinctis inter eas ſumit̃ que poſſunt colligi ex ṗcedenti capitulo. Et breuiter ſit̃ q̃d eſt qꝛ īterpolata īcipit cũ rigore ⁊ punctione in cute in pmis diebus. In ꝓceſſu vero cũ oripl'one ſꝫ ꝯtrium quotidiane ⁊ q̃rtane. Et declinat cũ ſudore copioſo ⁊ vomitu. ⁊ q̃nqꝫ cũ fluxu vẽtris ⁊ vrina ſubtilis ſub̃e ⁊ clare tincture. Pulſus vero eſt velox abſqꝫ īequalitate. Continua vero ꝓportionalis ei nõ īcipit cũ rigore nec oripilatiõe ſꝫ cũ tẽpore quodaꝫ extremoꝝ ⁊ pulſus coartatione ⁊ ei⁹ calor acutior eſt. Et accñtia dcã tertiane vehemẽtiora ſit̃: q̃ꝫ in pma nec tepeſcit cũ aliq̃ manifeſta euõne. Et vrina turbida: ⁊ pulſus diuerſus ⁊ īeq̃lis: ⁊ eſt periculoſior q̃ꝫ interpolata: vt in affo. hyp. dixit. licet minus q̃ꝫ cauſon ꝓpter īntenſionem caloris in īterioꝛib⁹ magis ⁊ accñtium auſteritatē ex malitia ſue cāe: ⁊ vicinitate eius ad cor. Qui cuꝫ ſit duplex: verus ⁊ nõ verus. Ver⁹ ꝗ de flegmate ſalſo fit in ṗdictis ꝑtib⁹ putreſcẽte: de v'o qui de colera. putreſcẽte in ṗdictis partib⁹ fit: pri⁹ ſigna ponam⁹ ſũmatim. qꝛ ſuperi⁹ poſita ſunt diſꝑſim: q̃ꝫq̃ꝫ Auer. velit ipm ex putrefactione

non fieri:qđ arbitrat⁹ eſt pp aptitudinē colere ad iſlāman
dū rōne ſue ꝯplonis:ꝛ rōne loci: ſeu poſitōis i locis iſlāma
bilib⁹ valde.ſi.n.ſanguis id effic̄ multo magis coľa cū poſ
ſit multa i corpe abūdare: put i cauſone poniť ꝛ tpis ſuffi/
ciētia adſit ad iſlāmādū. Et lȝ eē poſſit:non tñ erit iſlāma
tio corrñdēs ſue nāe itēſiue:quēadmōȝ ſi ex ipſi⁹ putredie
fiat:ꝛ ſūt talia ſigna.qꝛ coľe drimis.i.acris ꝛ multe. ¶ Si
gna i exeūtib⁹ ſūt apparētia:ꝛ vrina ei⁹ ad vltimū graduȝ
citrinitatis pueniť:vt ē coloꝛ capilloꝝ croci.Et regimē pce
dēs i acutis:ꝛ mot⁹ ei⁹ ad afflictionē ꝛ aſcēſioneȝ caloris ꝛ
tepoꝛ ē iſenſat⁹ caloꝛ acutioꝛ ceteris creſcēs apō morā ma
n⁹ cū i pdictis diminuať. Accñtia tertiane ſūt vehemētio/
ra i eo q̄ȝ i tertiana ꝯtinua.Ex qb⁹ ē ſiccitas lingue: ꝛ nigre
do ſubſequens:ꝛ multa ſitis niſi tuſſis modice puocata.vt
hyp.dixit i affo. Et pulſus erit maioris velocitatis.frequē
tie ꝛ iequalitatis i diuerſitate. Et ē periculoſioꝛ:maxie ſi i
circūſtātys ꝯrys fiat: vt i ꝯplone fra ꝛ hūida i pueritia ꝛ i
iſantia. In ſenectute magis pp defectū nāe:ꝛ elōgationeȝ
magnā ab ipſa. Uñ hy.i affo.paru⁹ ē caloꝛ:ꝛ pp hoc ſenib⁹
febꝛes nō ſſ acute:frȝ.n.hñt corp⁹.Et alibi.ſenes plerūqȝ
iuuēib⁹ min⁹ egrotāt.Sivo eis aliq̄ egritudines acute fiūt
moriunť pp nāe defectū nō valētis ꝯpugnare egritudini
nec tollerare auxilia excedētia ꝯuenietia illi. Et criſis ei⁹
ē cū tremoꝛe.cui alienatio ſuccedit:ꝛ hoc pp motū coľe de
venis ad extra.Et expāſionē ei⁹ ad ſenſibilia mēbꝛa vt ex/
pellať quā tremoꝛ ſequiť:ꝛ qꝛ i motu fumi reſoluunť petē
tes cerebꝝ alienatio fit q̄ ſoluere dr̄ ipȝ eo q̄ cū alienatio
ne fit expulſio māe eius: aut cū vomitu aut fluxu ventris
aut ſudoꝛe:aut fluxu ſanguīs nariū cū eis fuerit aſſociatū
peccatū ſanguis cui ipetū colera pſtat ſimul cum febꝛe.
¶ Signa vo cauſonidis nō veri:que hyp.dixit ſunt ſigna
flegmatis ſalſi i pcedēti caplo dicta.Et magnitudo febꝛis
ſitis:ꝛ alioꝝ accñtiuȝ pluſq̄ȝ ꝯueniāt flegmati tali in locis
alys putreſcēti:prout ſupꝛa in caplo gñalis curatōis eſt di
ctū:min⁹ tñ q̄ȝ ex facto ex colera. Ita vt ſolutio vētris ꝛ ca
ſus appetitus min⁹ in eo accidāt:q̄ȝ in colerico. Ita q̄ ſi in/
fantib⁹ accidat:aboꝛrēt mamillaȝ.Et ſi qđ de lacte ſumāt
in ſtō coꝛum aceſcat. Et qñqȝ eriſipilla in facie accidit ha/
bētis ipm que eſt cōmune ſignū vtriuſqȝ. Et cū addit foꝛ/
tioꝛ ē in colerico ꝛ in flatico magis pdurās. In cura tertia
ne duplex eſt itētio: ſeu iudiciū:ſeu regimē:cōe ꝛ pprium.
Cōe qđ omni ſue ſpeciei cōiter ꝯuēit.Et eſt q̄tuoꝛ res. Ab/
ſciſio cauſe. Alteratio feb.diete oꝛdinatio ꝛ accñtium coꝛ/
rectio.Cauſe abſciſio in duob⁹ cōſiſtit in digōne ſeu adeq̄/
tione:ꝛ ipſius euōne. Adequationē ꝯplēt medicine mino/
ratiue ſi in mā ſit multitudo ꝛ alteratiue reſidui. Mioꝛa/
tiue ſunt ppꝛie vomit⁹ quotiēſcūqȝ colera ad os ſtōi fece/
rit ipetū nauſeā puocando ꝛ maxie in pncipio paroxiſmi.
Et ſi declinauerit ad iteſtina qꝛ moꝛdicationē in eis fece/
rit cliſteria ꝛ farmaca lenitiua ſuauiter ſoluētia abſqȝ mo/
ra ꝛ caliditate iducēte ebulitionē in ipſa ꝛ abſqȝ ponticita/
te vt mirobol.ſunt qm̄ ipediunt digōnē in reſiduo.Ex cli/
ſterib⁹ ſunt q̄ fiunt ex malua:althea:iuiubis:radicib⁹ lily:
prunis:ſeueſtē:ꝛ oleo viol.ſucco ſicle:ꝛ paꝝ ſalis.Ex leniti
uis farmacys ſſ ſimplicia ꝛ cōpoſita. Et ſimplicia ſunt aq̄
oꝛdei:ſyrupus violat⁹ ꝛ viole ꝯdite cū çuccaro: tamarindi
infuſi in aq̄ de nocte ꝛ de mane colenť ꝛ diſſoluanť in eis
ſyracoſt:aut tereniabi:aut aq̄ duoꝝ granatoꝝ ꝛ mellis:ca
ſief.cū aq̄ oꝛdei ꝛ infuſio pꝛunoꝝ cū aliquo pdictoꝝ ꝛ mu
cilagie pſily. Auic. docuit eis adminiſtrari aliqđ reubar.
ad ꝯfoꝛtationē ſto.quē pdicta hñt debilitare nec eſt curā/
dū ſi nō pceſſerit digō cū caľa ſit de ſe ſbtilis nāe obediēs
ꝛ ſo ſit pauce q̄titatis.Decoctio alubelcb cum terrenia. ꝛ
paſſulis enucleatis ꝛ ſſlib⁹. ¶ Et ꝯpoſita ſunt q̄ ꝯponunť
ex pdcis vt aq̄ fructuū q̄ȝq̄ȝ abo.illā doceat poſtponēdā eē
vſqȝ ad ebdomadā:qđ ē qꝛ ibi loqtur in fe.cui⁹ māe digō ꝛ
minoꝛatio diſcrepet ab itēſiōe fe. ꝛ ifrigidādo:cui⁹ ꝯrium
eſt hic.Et lȝ gñaliter dñdo oīo opoꝛteat vt poſtponať vſqȝ
ad ebdomadaȝ:illud ē qꝛ cū ſoluat ꝛ ifridet ſiľ ꝛ hūoꝛ ſol/
uēdus ſit frid⁹ nō poterit aliquo mō eſſe digerens vt apte
minui poſſit añ ebdomadā p illā:imo cū ſit frid⁹ icrudabi
tur ꝛ non minueť lȝ infridet fe.poſt ebdomadā vero data
fe.infridat ꝛ māȝ ſi nō minuat ſaltē leniēdo ad minoꝛatio
nē diſponit. Et ex illis ē flōmia ſi cū pctō ſanguis fuerit co
lera.Et vrina rubea fuerit ꝛ ſpiſſa ꝛ virt⁹ ꝛ etas ꝯſenſerint
vel alia illi pportionalia.Sȝ oȝ vt pmittať in pncipio vſqȝ
ad tres paroxiſ.donec aliq̄ digō in hūorib⁹ fcā fuerit ꝛ de/
bita pmixtio.q̄ȝq̄ȝ.n. ſit minoꝛatiua.Et pinde lȝ i pncipio
poſſit cōcedi:tñ pp pctm̄ ꝛ dominiuȝ coľe ne effrenitet pp
euōnē ſanguis voluit.H. vt i pncipio dimittať donec iſpiſ/
ſeť ꝛ pmixtionē cū ſanguine recipiat coľa:vt ſiľ euacuetur
cū illo.nec oȝ vt moueas in die pꝛodi aliqđ niſi pp neceſſi
tatē.deiñ puoces nāȝ cū diureticis fridis ꝛ rarifica poros
cū oleo camomellino ꝛ aq̄ calida q̄ ſunt alteratiue. In re/
ſiduo adequationē faciētes ſſ ſimplices ꝛ ꝯpoſite.Et ſim/
plices ſunt granata muça ꝛ acetoſa ꝛ arancia ꝛ ſucci ipſoꝝ
cū çuccaro.Ex cōpoſitis aūt eſt oxiçachara: ꝛ ſyrupus ace/
toſus ſimplex omni mane cū frigida ſumpt⁹ ſi aliō nō pro/
hibeat añ paroxiſmū p tres hoꝛas vel q̄tuoꝛ:ꝛ in pceſſu cū
emulſione ſeminū frigidoꝝ ꝛ diureticoꝝ ſi i inflatōe iteu/
dať.Et poſt ipm p duas hoꝛas:aq̄ oꝛdei ſumpta.nā qđ infi
cit illud hoc abſtergit ꝛ lauat . qr̄ poſt paroxiſmū etiā deť
vel in ipſo ſyrup⁹ acetoſus de radicib⁹ cū geleniabin fȝ exi
gentiā cauſe.Et breuiter oīa acetoſa. Inqt.n.hyp. Ulr aūt
aceti acredo eos iuuat qui coleraȝ habent amarā:non aūt
nigrā.Colera aūt euaneſcendo in nām flegmatis traſfer/
tur cū ab aceto retrahiť ꝛ alterata adequata mā eius eua/
cuatione plurimū complent medicine que cū ēradicatiōe
illaȝ euāant quales ſunt medicine lenitiue pdicte in q̄tita/
te augmentate:Et farmacie abſqȝ multa caliditate ſoluē/
tes:vt reubarba.maxime mirobol.citri.chebuli: agaricus
ꝛ alie ſecūdū mixtionē māe.Et qñādoqȝ expedit illis aſſo
ciare dyagridiū in robuſtis coꝛpoꝛib⁹.ſit tamen rectificā/
tū ꝛ mixtū cū ſyrupo de nenufare de pomis ad frangēduȝ
caliditatē eius.deinde dabis diuretica frida ꝛ calida tēpe
rate. ¶ Alterationem fe. ꝯplent frida ꝛ humida interi⁹ ꝛ
exterius ꝛ p oēm modū approximata put ſupꝛa in capitu/
lo generalis curatiōis eſt dcm̄.ſunt.n.i hac febꝛe maxime
neceſſaria: cū caloꝛē nālem ꝛ ſpūs diſgregent ꝛ reſoluāt fu
ria caliditatis ipſius ꝛ iquietudine coꝛpoꝛis ꝛ alys accñti/
bus quos reducūt ꝛ congregant. ¶ Quapp abobali iuſſit
poſt paroxiſmū pedes in aquā frigidam mitti ad qđ etiaȝ
ſomnus adiuuat poſt cibū ꝯceſſus.ſint tñ calida miniſtra/
ta ſm cañ.pnotatos. Et ex appropꝛiatis ē andachocha cū
patiēs tertianā ſumit tria ex folys ei⁹:aut granis ipſius qꝛ
alterabiť circuitus ei⁹ fe.ꝛ ligue arietis ꝛ plantaginis radi
ces tres cū vini.ℨ.iy.vel.iiy.bibanť feb.triāgule: ideſt ter
tiane.ꝛ ſandali cōferunt ei ꝛ cauſoni ꝛ propꝛie albi. Et cu/
curbita ꝛ aq̄ oꝛdei ifratiua ꝛ humectatiua ē febꝛiū.Et dať
i calidis pura:ꝛ in frigidis cū apio ꝛ fen.panis ablut⁹ ē ifri
gidatiu⁹ ꝛ cōuenit calefactis: neqȝ calefacit: neqȝ opilat:ꝛ
nenufar eripit caliditates a fe.Et ex illis eſt vngula:cabal
lina ꝛ ppꝛie aq̄tica.Et ſuccus plātagis:depurate in q̄tita/
te.ℨ.iy.añ paroxiſmū p hoꝛā ſic dixit dyaſcoꝛides. Et tres
pedes pentafilō cū trib⁹ herbene ꝯtriti ꝛ reſidētes in gre/
co antiquo p noctē ꝛ colati mane ꝛ ſūpta colatura añ paro
xiſmū per hoꝛā.Et ſuȝ exptus multotiens in ſimplici ꝛ du
plici.Diete aūt oꝛdinatio cōpleť cū cibis ꝛ potib⁹ ppꝛie q
in q̄litate ſſ frigidi ꝛ humidi iſipidi vel acetoſi q̄les ſſ ex
granis collectis vt ex oꝛdeo ꝛ ſucc⁹ ei⁹ ꝛ ex pane abluto cū
frigida pluries put ꝯſuetū eſt gallicis:vel decocto in aqua
cū çuccaro:put ꝯſuetū eſt lōbardis.ꝛ hoc vt frumēti ꝛ fer



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0459-3
DFG

menti ⁊ etiam ſalis ſi ſit ibi caliditas extiguat. Et ex cõdro/
vel iri: put ꝯſuetũ ẽ iauuẽſib⁹. ⁊ maxie in acutis ⁊ icẽſiuis
ĩ qb⁹ ſubtilia aduruntᷣ. Quapp aliq̃ far ẽt miniſtrãt qḋ re
probam⁹: cũ.n. oppilõnes nõ digerat nec abſtergat: ſed po/
ti⁹ augeat: cui⁹ ꝯriũ debꝫ cib⁹ febricitãtiũ agere ſic hyppo.
⁊ Halie. mõſtrauit. ⁊ ex fructi. vt ſunt cucurbi. cucu. citruli
pruna matura ꝑpe iuiube: ſeueſten: mora celſi ⁊ accite gra
nata acetoſa: ⁊ muça limones: arãtia: ⁊ melon indus q̃nq̃.
Eſt.n. maximi iuuamẽti in extictõe icenſionis. Et cuꝫ hoc
q̃ paꝝ nutrit ⁊ ſoluit: ⁊ ꝓuocat: ⁊ facit ſudare adequando
mãm: ⁊ alleuiãdo nãm a caloris incẽdio: q̃ꝛ ꝯfortatᷣ ⁊ cor/
poris ſupfluitates alteratas vniuerſas extractiões mouẽ/
do expellit. Et breuiter oẽs iſipidi ⁊ acres nõ dulces: q̃m ĩ
colerã ꝯuertuntᷣ vt ſũt fic⁹ vue melones dulces. ⁊ ſĩles nõ
vẽctuoſi. q̃ꝛ ſũt ẽt iſlãmabiles ⁊ vere colere: vt ſũt amigda
le dulces. Et carnes niſi rectificate cuꝫ mixtiõe granorum
agreſte: ſucco limonũ ⁊ ſĩlium. Et ex herbis vt ſũt lactuca
portulaca: endiuia attriplices: ſpiachia blete ⁊ ſĩles. Sint
quoq̃ ĩ q̃ntitate pauca date: put ꝯuenit morbo. Tertiana
enĩ ĩ ſe breuẽ oſtẽdit. Dixit. H. Et ꝑinde ad tenuitatẽ cib⁹
eius tẽdat ẽm magis ⁊ min⁹ ꝑut eius ꝯuenit ſpẽb⁹ virtuti
⁊ ſtatui corũdẽ. Cũ.n. ſtatũ arbitraris ꝓpinquũ: vt in ſcḋo
vel tertio paroxiſmo ſeu die: vt q̃ꝛ in vrina nebula alba ap
pareat ꝑma vel ſcḋa die ſufficiãt eis granata: lactuca: pru/
na ⁊ ſĩlia: ⁊ pot⁹ aq̃ ordei ſubtilis: ⁊ ſucc⁹ granatoꝝ ⁊ vinuꝫ
aquoſuꝫ: plurimũq̃ liphatuꝫ poſt digõnẽ. Si v̓o remanet
vſq̃ ad pyodũ vel diẽ quartũ: q̃ntũ: ſextũ: vel ſeptimũ da/
bis chiſt ordei vel ſuccũ ei⁹: ⁊ aquã ordei ſpiſſaꝫ cuꝫ çucca/
ro. Et cibũ ex ꝑdictis fructib⁹ ⁊ herbis. ⁊ ſĩlia. Si v̓o vltra
ꝓlongabitᷣ: ꝓcedas ad lat⁹ eius groſſioris diete ẽm plus ⁊
minus. ꝑut fuerit expediẽs illis. Et ꝑinde dabis auiculas
paruas extrema pulloꝝ. teſticulos galloꝝ nouoruꝫ nõdũ
coeuntiũ. Coeuntiũ.n. teſtes acquiſiuerũt ĩfectionẽ ⁊ ma/
lum odoreꝫ a ſpermate. Et ſi ſint ꝑfectiores veꝝ eſt in ſua
ꝓpria actione gñationis q̃diu ſunt viui: nõ tñ in nutrica/
tõis virtute ⁊ cerebꝝ ipſoꝝ ſi nauſea nõ ſit. Et vitella ouo
rum recẽtiũ alterata in decoctione eoꝝ in aqua ordei vel
alia cũ prunis agreſta: vel granis granatoꝝ ⁊ ſimilib⁹: ⁊ cũ
hũectatione ipſaꝝ. Opꝫ aũt vt in exhibitione predictoruꝫ
cũ gradatiõe ꝓcedas: vt in ꝑncipio tenuiter: vt ĩ augmẽto
tenuis: ⁊ ĩ ſtatu remiſſe cibes. In declinatõe v̓o vberi⁹. Et
diſcreta q̃ntitas ſit ꝑut ſuperi⁹ dcm̃ ẽ. nũer⁹ quoq̃ꝫ cibatio/
nis ſit ꝑut ꝯſuetudini ꝯuenit niſi obuiet paroxiſmus ꝑut
infra in cura feb. ꝓpria tertiane non pure dicetᷣ. Tp̃s aũt
cibatõis ſit ex quo feces ꝑmi. ſ. cibi fuerit euãte ⁊ hora ge/
tis: cũ q̃ ꝯſuet⁹ ꝯtinet meli⁹ ẽ. ſit aũt añ parox. horã p tres
vel q̃ttuor horas ad min⁹ vt añ ſupuẽtũ ei⁹ ſit ꝑdigeſt⁹. Or
ſi nõ. docuit hyp. ipſuꝫ vomitus cũ tepida ⁊ aceto proprio
Ordo aũt ſit vt lubrica ꝑmittantᷣ. Et modus preparatiõis
vt ſint decocta cũ rectificantib⁹ ⁊ alterãtib⁹ vt eſt dcm̃ nõ
ſint aſſa neq̃ frixa q̃m ꝯſtipant niſi expediãt ⁊ corrumpã/
tur ſi in patella ſint frixa: ⁊ cũ hoc nutrimentũ quartũ im/
pendant. In alys aũt rebus nõ nãlib⁹ conuenientia: decli/
nante vero ipſa ⁊ euacuata mã digeſta balneabis in ſemi/
cuplo dulciuꝫ aquaꝝ ⁊ eucrataꝝ q̃m reſoluit religas cũ ꝓ
uocatione ſudoris ⁊ infrigidat ⁊ humectat. Ad qḋ poſt ſu/
dorem vngantᷣ cũ oleo violato ⁊ roſato ⁊ ꝑinde non intrẽt
ip̃m cũ labore ne multis horam ꝓlonget: immo egrediatᷣ
velociter. deinde ſi expediet reiterẽt. Melius.n. eſt reite/
ratio q̃ꝫ ꝓlongatio more. ¶ Poſt quod cibabis cibis pre/
dictis nutriẽtibus ⁊ humectantib⁹: ⁊ potabis vino aquoſo
valde ꝑmixto aque plurime. q̃m vinũ tẽperatuꝫ humores
contẽperat: ſiquid reſidui fuerit: membra ꝑforat calorem
nãlem excitat: vt coleraꝫ per ſudorẽ ⁊ vrinã expellat ⁊ cũ
hoc membra arefacta ifrigidat ⁊ humectat faciẽdo aquã
frigidaꝫ penetrare. ¶ Cũ poſt criſim ⁊ euacuationẽ remã

ſerit aliquid caloris inſeparabilis ꝟel difficile alterabilis
ſupereſt tibi vt adminiſtres ſyrupũ acetoſuꝫ cũ ſuccis diu/
reticis in quo decocta ſe. radicũ diureti. qui mãꝫ inobediẽ
teꝫ ⁊ corporis via diſponit ad reſolutionẽ ⁊ euacuationẽ fa
cilem. ¶ Quartã rẽ ꝯplent predicta in ſuis capitulis enu/
merata. ¶ Iudiciũ ꝓpriũ in cura tertiane ẽ qḋ ꝓprie vni/
cuiq̃ ex ſpẽb⁹ eius debetᷣ. Aliud enim debetᷣ pure aliud ĩ/
pure: aliud ĩterpolate. ⁊ aliud ꝯtinue inter ſe. ſunt eni adin
uicẽ dr̃ia quo ad alias res q̃tuor prediſtinctas in cura cõi
non in ſpecie cũ col'a ſit peccans vel in predomio vtriuſq̃
ſed in q̃nto ꝓpter additã mãm frigidã flegmatis mixti illi.
Quapp predictis magis vel minus excedentib⁹ in frigidi/
tate ⁊ humiditate addita virtute alia ſup illis ꝓpter ſubaꝫ
flegmatis viſcoſam ⁊ groſſam. Sic pura eqdẽ ab exſcindẽ
tib⁹ cãm eaꝫ euacuando ⁊ digerendo de predictis indiget
frigidis ⁊ humidis puris vel paꝝ in caliditate ⁊ ſiccitate ex/
cedentib⁹ ſaltẽ ꝓpter opilatõeꝫ ⁊ purgationẽ mãe cũ attra/
ctione euõne ⁊ eradicatõe. Et ex alterantib⁹ feb. ſĩlr fris ⁊
humidis puris ⁊ balneo ꝑdicto qḋ vtriq̃ cãe. ſ. ⁊ feb. ẽ con
ueniens ſua hora vt poſt cõpletã digõnẽ: ⁊ añ digõnẽ ꝑfe/
ctã: cui⁹ mãꝫ digerat ĩſpiſſando ⁊ ſudorẽ ꝓuocando ipſam
totã ꝓpter diſcraſiaꝫ hõgeneitatẽ reſoluet ac alteret feb.
diſcraſiã. Et multa ex eius accñtib⁹ corrigat ⁊ emẽdet. Et
dieta ex cibis ⁊ potib⁹ ꝑdictis fris ⁊ hũidis puris cũ maio/
ri ſubtilitate pp acumen ⁊ breuitatẽ ipſi⁹. q̃nto.n. magis co
lera dñatᷣ: tanto magis acumẽ morbi ſignificatᷣ. H. ait. Et
numerus cibationũ inter paroxiſmũ ⁊ paroxiſmũ ⁊ ſit tri/
plex ſi ꝯſueuit. ¶ Nõ pura vero illis frigidis ⁊ hũidis ĩdi
get pp dñiuꝫ col'e ſꝫ min⁹ ꝓpter additõeꝫ ⁊ ꝑmixtionẽ fleg
matis ipſi col'e. Et cũ addita virtute ĩcidentiũ abſtergẽtiũ
ſubtiliantiũ apientiũ ⁊ ſoluẽtiũ cũ caliditate ⁊ ſiccitate tẽ
perata ⁊ ẽt manifeſta q̃lia ſunt radices cões ſucci ⁊ ſemia
diureticoꝝ: ⁊ agaricus turbit polipodiũ cartam⁹ ⁊ ſe. vrti/
ce. aſſaꝝ ſticados cẽtaurea ⁊ ſĩlia flatꝫ ſolutia ⁊ alterãtib⁹
feb. fris ⁊ hũidis min⁹ ⁊ balneo ĩdiget poſt digõnẽ ꝑfectã
⁊ declinationẽ ipſi⁹. Ante.n. diſſoluit crudũ hũoreꝫ ⁊ inhi
bitũ totius corporis reddit. Et cũ putredo in putriduꝫ mi/
ſcet ſubtile reſoluit ⁊ groſſuꝫ dimittit. ¶ Et dieta ex cibis
⁊ potib⁹ frigidis ⁊ humidis minus cũ additõe ſubtiliãtiũ
⁊ aperientiũ cum caliditate pauca ⁊ minori ſubtiliatione.
Oportet autem vt ꝯſideres ꝓpinquitatẽ nõ pure ad purã
⁊ elongationẽ eius ab ea ⁊ ſcḋm illud diuerſifica magis ⁊
minus exceſſuꝫ illoꝝ. ¶ Oportet ergo vt regimen ⁊ cura
tertiane pure ſit cũ predictis ⁊ eoꝝ plurimis. Nõ pure ve
ro cura ſit cũ minorantibus ꝓuocatiuis cũ aq̃ calida deco
ctiõis aniſi: ⁊ aceto ꝑmixto ante cibũ ⁊ poſt magis ⁊ in pri/
cipio paroxiſmi. ⁊ cliſterib⁹ cũ aq̃ ſticados arabici: caricũ
cẽtaurea: ſucco ſciole: melle violato ſale: ⁊ oleo camomel/
lino: furfure: ⁊ ſale baurach. Et q̃nq̃ additᷣ caſſiafiſtula ⁊
turbit: ⁊ yerapigra: ⁊ agaricus cũ mã cepit digeri. Et ex ſo/
lutiuis ẽ aq̃ allubeleb ꝓprie cuꝫ reſidẽtia geleniabin cum
caſſiafiſtula ⁊ cartamo. Et quãdoq̃ ꝯfortam⁹ ea cuꝫ deco
ctione turbit ⁊ ex flobotomia ſi cum pctõ ſit ſanguis: ⁊ mi
noratiua. Et cum digeſtiuis ex ſyrupo acetoſo ſimplici ꝑ
mixto cũ geleniabin aut ꝯpoſito cũ radicibus ⁊ poſt ebdo
madã cũ virtute alioꝝ ſubtiliantiuꝫ ſicut eſt aq̃ feni. apij:
aniſi: ⁊ decoctio abſinthij: qḋ ſubtiliat mãm ⁊ cõfortat ſto
macũ. Et ſi tranſierit ebdomadas duas nõ eſt malũ dare
troc. de roſis minores. Si aũt ꝓlongabitᷣ vltra non excu/
ſaberis a datione troc. de eupatorio ⁊ decoctionis eius. Et
ſyrupi de ſuccis herbarũ ⁊ ſyrupi acetoſi dyacorcotio dya
cur cuma quoꝝ in antidotario noſtro deſcriptiones iueni
es: Et cũ calefactorijs ⁊ cathaplaſmatibus vnctionibus ⁊
emplaſtris cũ aperientib⁹ fortibus niſi colera vitellina ex
actione fuerit generata. Quo caſu cum frigidioribus q̃ꝫ in
colera pura eſt procedendũ: ſubtiliantibus tamen mixtis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0460-4

ꝓpter humoꝝ groſſitiē ⁊ mollificātibꝰ etiaꝫ ꝓpter viſce
rū tenſionē que ſupra in cura eoꝝ nota ſunt. Cū ergo digō
appareat: ꝯplere cūabis cū eradicatiōe: ⁊ hoc cū decoctiōe
eupatorij: ⁊ endiuie: cū reubarbaro: ⁊ agarico pulueriſatis
⁊ alijs ꝯpoſitis farmacijs q̄ īfra duce xp̄o dicent̄. Et Abo.
dixit. Fortaſſe erit neč̄aria medicina fortis vno mō ⁊ debi
lis mō alio. fortitudo nāq̄ꝫ ē in eo qḋ euacuat hūorē viſco/
ſuꝫ: debilitas vero eſt in eo qḋ nō euacuat plīmū vice vna.
⁊ illud ē q̄ꝛ virtus mlt̄a ſilr̄ nō tolleret ſꝫ deficit. Quare oꝫ
ꝙ fiat gradatio in ea ꝓut ſupra in ſlatica diximus. Talis
aūt medicia ſolōnē aggregat ⁊ digōnē ⁊ a virtute meliꝰ tol
lerat̄. ¶ Et ē ℞. turbit. ʒ. ſ. ⁊ plus ſꝫ neceſſitatē: ⁊ ſcamoñ.
ꝓprie alcufugi lib. i. ⁊ ſupra illud. Cōficiant̄ cū geleniabin
⁊ bibat̄ aut ſumat̄ de agarico: ⁊ ſcamonea ſꝫ hāc ꝯparatio
neꝫ ⁊ ꝯficiāt̄ cū geleniabin p̄dicto. Et bibat̄ ⁊ ponat̄ in ſuc
co roſ. recentiū cuiꝰ q̄ntitatis ſit. ʒ. i. ⁊ ſ. aut ſyrupo roſ. ⁊ bi
bat̄ ⁊ hoc q̄ꝛ remittit calorē ſcamonee ⁊ ꝯfortat p̄ncipalia
⁊ ſtōꝫ quē hūt offendere ne ledatur. ¶ Et dieta ex cibis ⁊
potibꝰ hūidis ⁊ fridis dcis nō tn̄ puris ſꝫ mixtis ſubtilian/
tibꝰ ⁊ abſtergētibꝰ notis. Quare oꝫ vt cibꝰ ſit panis cū cia/
momo: ⁊ aq̄ ordei ſit ſpiſſa cū decoctiōe radicū ⁊ ꝓprie cū
aceſcit in ſtō. Et q̄nq̄ꝫ cuꝫ decoctiōe pipis: vel yſopi: vel ca
lamēti vel origani ⁊ ſpice ſꝫ neceſſitatē aut aq̄ ciceꝝ ꝑmix
ta ⁊ cū miori ſubtiliatōe. q̄r oꝫ vt cibet̄ cibis ex carnibꝰ cū
olibꝰ ⁊ fructibꝰ: dcis cū fen. aneto: ⁊ petroſel. ⁊ ſilībꝰ grada
tiꝫ miſtratis in q̄ntitate ꝯtinua ſꝫ diuerſitatē ipſoꝝ. Sitq̄ꝫ
nūerus cibationū ſm̄ lōgitudinē ⁊ breuitatē paroxiſmi: ſi
.n. ſit lōgior. xlviij. horaꝝ cōprehenſaꝝ in duobꝰ diebꝰ nō
poteris hr̄e quolꝫ die inocue. q̄ꝛ oꝫ vt in duobꝰ diebꝰ ſemel
cibes ⁊ cibatio fiat in. xxxvij. hora a p̄ncipio paroxiſmi q̄ ē
p̄ma hora decliatōis ipiꝰ ꝑdurās vſq̄ꝫ ad ꝯplemētū. xlviij.
horaꝝ qḋ ē. xij. hore. Et hoc ſi tolleret vtꝰ. Si vō nō: oꝫ vt
redeas ad caplm̄ dictuꝫ in capitulo gn̄alis curōnis. ſi vero
ſit breuior poteris cibare pluries ſꝫ diuerſitatē alienatio/
nis ipſiꝰ ⁊ longitudinē gctis. Et cura qdē fe. ꝯtinue ē cura
īterpolate iā dcē i iudicio cōi ⁊ abſolute. Cū. n. G. dixit ter/
tianā vel triteā feb. itellexit iterpolatā. Et cū hyp. verā di
xit i affo. iterpolatā maxie itellexit. Dixit. n. tertiana vera
in. vij. ꝑyodis iudicat lōgiſſima. ꝑyodus aūt maxie ⁊ ꝓp̄e
debet̄ iterpolate ꝯn̄ter ⁊ ip̄ope ꝯtinue. vn̄ cōmētator ſub
iunxit. ꝙ illud facit dies in ꝯtinuis qḋ ꝑyodus in iterpola
tis. q̄ſi dicat. ꝯtinua tertiana facit ſeu ꝯplet. vij. ꝑyodos ſu
os in. vij. diebꝰ ſicut iterpolata ſuos in. xiiij. Si v̄e ſint am
be. d̄rūt tn̄ in q̄nto. queādmōꝫ ē dcm̄ in ꝯtinua ſupra. Qḋ ē
q̄ꝛ in cura ꝯtinue tertiane ꝓcedere oꝫ cū illis tribꝰ coībus
p̄dcis ex abſcindētibꝰ cāꝫ in digerēdo ⁊ cūando fortioribꝰ
Et ex alterātibꝰ fe. cū miori frītate ⁊ extictiōe. ⁊ cū dietis
cibi ⁊ potꝰ ſilr̄ maiori ſubtiliatōe ⁊ cū abſterſiuis ſubtiliati
uis ⁊ apitiuis cū miori calītate ſi neč̄aria fuerit ꝓpter ipu/
ritatē q̄ꝫ iterpolata. Et i cāone multo magis: niſi i nō vero
In non vero. n. oꝫ vt ꝓcedas cū eūone in p̄ncipio cū illis q̄
dcā ſunt: ⁊ ꝓprie mucillagie pſilij. Feſtinatio. n. in ea me/
lior ē q̄ꝫ expectare ꝯplemētū digōnis ꝓꝑ piculuꝫ acuitatis
⁊ mobilitatis mā̄e ⁊ poſitōeꝫ ſui: cū mā eiꝰ ſit diſpoſita: q̄ꝛ
ſubtilis peccās in calītate ſupflua. ¶ Quare oꝫ vt cū flō/
mia ſi in vria fuerit ſpiſſitudo turbiditas ⁊ rubedo. Si ve
ro igneitas ꝑtermittat̄ oīno: nō. n. īfrigidabit ſꝫ potiꝰ īflā/
mabit. Et cū digeſtis ex ſyrupo acetoſo ꝓp̄e cū emulſione
ſeminū coīuꝫ ⁊ ſeminū froꝝ ex lactucis: endiuie: ⁊ portula
cis: ⁊ iterius ⁊ exteriꝰ ⁊ ꝑ oēꝫ modū. ⁊ papauere albo: ⁊ cuꝫ
alterātibꝰ feb. diſcraſiā cū īfrigidatiōe potēti approxima/
tis iteriꝰ ⁊ exteriꝰ ꝑ oēm modū: ⁊ iteriꝰ ſolutiua ſi calm̄ ſit
admiſtrari aliqḋ ſr̄m: vt ſyrupuꝫ viol. de nenufare de po/
mis ⁊ aquā ſeminū frigidorum. Aut cū frigide aque potu
vſq̄ꝫ ad ſatietatē. Et pluries ſi non fuerit qḋ ꝓhibeat: ⁊ ꝓ/
prie cū nigredo appareat in ligua. Si vero ſit qḋ ꝓhibeat
detur ſyrupꝰ acetoſus: vt ſupra caplo generalis curōnis ē
dictū. Et cū ſyrupo de nenufare: de papauere: ⁊ de limoni
bꝰ: ⁊ de melone indo ſufficiētis q̄ntitatis. In pauca enī q̄nti
tate ꝯuertit̄ in colerā dixit Auerro. Et finalr̄ cū trociſ. de
cāphora: vel de ſpodio nō ſolutiuis ſi ſupfluat venter. Ca/
ueas tn̄ a ſupfluitate q̄m̄ īfrigidabit epar ⁊ ꝑducet ad cha
ceſiā ⁊ ydropiſiꝫ. Exteriꝰ vero cū epithimatibꝰ ſupra epar
⁊ cor ex ſandalis: roſis: cāphora: ⁊ ſilibꝰ cū aq̄ coriādri ⁊ ro
ſis. Et ſup̄ caput cū embrocis ⁊ frīs ex ſōniferis epithiati/
bꝰ ex oxirodio cū lacte papauerꝫ. Et. n. eiꝰ mā ē valde apta
ad raptū: q̄r opꝫ vt ſollicitudo hēat̄ de capite magis. Attē
dēdū aūt in his multū nāꝫ corpis ⁊ etatē. In virtute. n. for
ti ⁊ iuuētute ſunt concedēda. In debili vero ⁊ in ſenectu/
te nequaq̄ꝫ: q̄m̄ ſunt cā extinctionis febris ⁊ caloris inati.
Sꝫ ꝯ̄ ē qḋ Auerois ponit. Ingt. n. ꝯ̄ Galienū cū ingt. ⁊ cau
ſon in ſene maioris receſſus ē a nā q̄ꝫ in iuuene. qḋ dcm̄ i/
pugnādo dicit. Si ita ē ergo fortiora cōueniūt ei in cura ſi
cura ꝑ ꝯ̄riū in equali gradu diſcraſie fieri dꝫ vt ipſe oñdit.
ſꝫ hoc ē falſuꝫ ſm̄ hoc ergo ⁊ p̄me. Et falco rn̄dit ꝙ nō me
minerit diſtinguere tanq̄ꝫ inexptus Auerois iter ꝯ̄riū ſꝫ
exceſſū ſeu gradū: ⁊ ſꝫ effectū ꝯ̄riū. In ſene. n. patiēte cau/
ſonē ꝯparato ad iuuenē maior ē exceſſus caloris febrilis.
⁊ p̄inde ſm̄ maioris exceſſus ꝯueniūt illi q̄ꝫ iuueni. nō tn̄
ſecundum gradum ⁊ exceſſum: ſed ſecundum effectū: hec
enim ſeruant naturam paulatim extinguendo feb. ſup ex/
ceſſuꝫ. illa vō extiguēdo vtrūq̄ꝫ ſilr̄ hūorē ⁊ fe. occidūt: ⁊ cū
correctiōe accñtiū eiꝰ diligēti cū fortioribꝰ dcis ſupiꝰ i ca/
pitulo gn̄alis curōnis. Et caueat̄ in eo ſupfluitas ſanguis
nariū cū his q̄ oꝫ q̄ dcā ſūt: ⁊ īfra xp̄o dāte dicent̄. ꝑducūt
.n. ad defectionē ⁊ īflāmationē maiorē: ⁊ obſeruat̄ haneli/
tus eoꝝ cū oleis ⁊ cerotis. Ex oleis viol. ro. ⁊ amigdal. dul.
cū ſucco malue ⁊ attriplicis graſſul: ⁊ ſpinacio ꝫ: ⁊ cera: nec
ptes pectoris ꝑmittant̄ ſpaſmari. Et regas eos cū dieta ve
hemēter ſubtili: ex cibis ⁊ potibꝰ extictiuis dictꝫ hic ſupra
ſi tolleret vtꝰ cuꝫ ſtatꝰ eiꝰ ſit citꝰ. Qꝛ ſi timeas caſuꝫ v̄tutis
ex eo ꝙ patiēs ex eſtuatiōe reſoluit̄ plīmuꝫ ex hoc: tūc oꝫ
vt cibes vberiꝰ cū eis q̄ dcā ſūt i cura febris ſincopalr̄ ſubti
lis. Et ſi cadat appetitꝰ ꝓꝑ itēſionē diſcraſie calide ledētis
v̄tutē ſenſibilē nō ſolū i ore ſtōi: ſꝫ i p̄ncipio vt i cerebro ob
quā nō ſentiat ſtomacus ꝙ ſibi neč̄ariū ſit vt petat cibū. ⁊
turbato cerebro nō patiat̄ cibari: opꝫ iuuari auxilio ibi ta/
cto ab antiqs ⁊ a modernis ignoto: licꝫ ſit poſſe. q̄ꝛ rōnabi/
le ⁊ exptū ē. Et ē vt fiat colatiuū bonum ex gallia electa: ⁊
ponat̄ i cliſteri ⁊ iniciat̄ ꝑ anū: trahet̄. n. ꝑ nāꝫ: ⁊ nutrit. Iu
uat̄ eo mō quo ē poſſe: ⁊ ꝯueniēs ad refocilationeꝫ v̄tutis ⁊
ſubſiſtētiā eiꝰ donec reſumat̄: ⁊ redeat ſenſus vt cibuꝫ ſu/
mat: quo cōfortet̄: ⁊ vincat finalr̄ morbū ſi curabil' eſt qḋ
poſſe ē ⁊ rōni ꝯforme. Ordinauit. n. nā in iteſtinis oībꝰ me/
ſeraicas venas ēt ⁊ i recto vt manꝰ epis gbꝰ ſuccū p̄decocti
cibi i ſtō traheret ad ſeipꝫ epar: ⁊ ꝯuerteret in ſanguinē nu
tricatiōis ſui gr̄a ⁊ corpis vniuerſi ꝙ ipſi ſua inanitiōe tra/
hēdi illiꝰ neč̄itatē iponit. Si ergo illū trahit idiſpō nālīter
ī quo mlt̄a ianitio nō exiſtit vt nō trahat ſuccū colatū ex i/
teſtinis i corpe patiēte cauſoneꝫ i quo nō ſolū attrahēs eſt
ianitio: ſꝫ ēt calor fortis: ⁊ ſic ēt neč̄itas maior: ⁊ maxie cuꝫ
ſuccꝰ talis ſit mulcebris nāe amicabilis: ⁊ quaſi digeſtꝰ: ſi
ēt i exiccatis venulis hora eſtiua emulſerit a ſe hūores ori
mes ō gn̄e colere: attrahāt quoq̄ꝫ ſecū ſuccū facte ꝑ flebo
tomiā inanite. Ob qḋ. H. p̄cepit i repletōe iteſtinoꝝ ex fe/
cibꝰ nō debere fieri flōmiā niſi priꝰ illis cūatis multo ma
gis attrahāt ſuccuꝫ colatū mulcebrē i tā grādi neceſſitate
adaucte niſi natura ponat̄ hr̄e mētē vel nō ⁊ itellectū. Cū
ergo traxerit epar ꝑ illas ſuccū eiꝰ refocilat̄. Et refocilabi
tur nā ad modū ſtōi. Et ſi vere nō nutriat̄ ex eo tāq̄ꝫ i digō
ne p̄ma a nā p̄digeſto: ſꝫ multuꝫ alteratꝰ: ⁊ quaſi digeſtꝰ ſit
ꝑ partē q̄ ſeqt̄ nāꝫ: ⁊ ꝑficit eā exn̄s eiꝰ imago donec reddat



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0461-0

cibumq; ſumat vt confortet̃ ⁊ vincat ſi curabilis morbus
ſit. quod egdem experti ſumus in regina Sicilie diſpoſita
dicto mō in quã iniectum colatitiũ per cliſtere nã retinuit
Et poſt tres horas ſquiballa emiſit nulla iſectione ipſi⁹ ap
parẽte in ipſis. deinde hũores colericos ardẽtes ⁊ fetidos
Et ſic reducta ad ſenſum petijt potũ a quo confortata eſt
⁊ facta ſana gratia ſaluatoris qui ſit benedictus. In nõ ve
ro extinctiua minoret̃ ⁊ remittatur: ⁊ inciſiua. et abſterſi
ua multiplicent̃ ⁊ intendantur ⁊ regimen minus ſubtilie
tur. Deinceps medicinas ꝯpoſitas ſubiungamus. ¶ Con
fectio ſyrupi ad febrẽ tertianam purã. ℞. endi. cũ radice
lupuloꝝ: epatice: cicoree: trifolij: lingue arietis: acetoſe. la
ctucaꝝ: ramorũ portulacaꝝ: lenticulaꝝ aque. añ. ℥. i. ſemi
num cõium: ordei mundi. añ. pu. i. viol. roſ. floꝝ cucurbi
te: acetoſe. ana. ℥. i. radicis feniculi. ℥. i. ſe. ẽdiuie: portulace.
añ. ℥. ß. corticũ: citri. ℥. ß. prunoꝝ: iuiubaꝝ: ſeneſten. añ. nũe
ro. xv. çuccari. lib. i. ⁊ ſit tabarçet. ſucci granatoꝝ muçoruʒ
℥. ij. aceti albi. ℥. ij. Et aromatiçet̃ cum ſandalis albis: ſpo
dio: ⁊ aq̃ roſa. Doſis eſt. ℥. ij. in mane cũ frigida in eſtate: ⁊
calida in hyeme. Et ad continuam addatur nenufar. ⁊ ad
cauſonidẽ cãfora ⁊ ſuccus limonũ. ¶ Confectio ſyrupi ad
tertianaʒ impurã. ℞. radicũ. q̃tuor cõiuʒ reſidẽtiũ in ace
to. añ. ℥. i. capil. ve. ſquinanti. añ. ℥. ß. endiuie cũ radice lupu
li: boragis: ⁊ bugloſſe: cycoree: epatice: melliſſe. ana. ℥. i. or
dei: ciceris. añ. pug. i. ligri. ℥. ß. viol. roſ. acetoſe. añ. ℥. i. pru
noꝝ numero. xx. çuccari. lib. i. geleniabin. ℥. iiij. aceti predi
ctarum radicũ. ℥. ij. Aromatiçent̃ cũ ſandalis: cinamomi:
ſpodij: ⁊ corticũ citri. añ. ℥. ij. Doſis. ℥. ij. in mane cũ calida.
¶ Confectio ſolutiui. ℞. ſcamonee. ſextaʒ. ℥. vni⁹ in iuleb
⁊ eſt ꝯueniens pure. ¶ Decoctio faciens ad ſoluendã non
purã. ℞. mirob. citrino. ⁊ chebulo. tamarindoꝝ. añ. ℥. ß. paſ
ſulaꝝ: enucleataꝝ: ordei. añ. pug. i. radicũ q̃tuor: caſſief. añ.
℥. i. fumitere: foliculoꝝ ſene: añ. ℥. ß. buliant in lib. i. aq̃ vſq;
ad medietatem ⁊ calidaʒ da ad bibendũ in mane. ¶ Cõ
fectio elarij triafarmaci faciẽs ad colerã ⁊ fl'a ⁊ humores
ꝯmixtos ex eis. ℞. elar⁹ caſſief. lib. i. agarici: ⁊ reubar. pul
uerijatoꝝ ana. lib. ß. Confice ſil' ⁊ da ab. ℥. ß. vſq; ad. i. in au
rora cũ calida. ¶ Cõfectio elarij de ſucco ro. ⁊ dyaprunis
ẽ faciẽs ad ſolõnẽ cole poſt digõnẽ ⁊ dyacatolicõ. Rubea
trociſcata ẽm Nicolaũ valʒ tertianarijs ⁊ quotidianarijs
cũ rodoſtomaco in q̃titate auellane ante horã paroxiſmi
data. ¶ Confectio troci. de ſpodio ſolutiuoꝝ ꝯferentium
patientib⁹ tertianã. ℞. medulle granoꝝ citri. enucleatorũ
℥. iiij. çuc. tabarçet. ℥. xx. ſcamonẽ. ℥. vni⁹ ſextaʒ. bibant̃. ℥. ij.
cũ frigida. Et poſt illud curet̃ cũ ꝓuocatione ⁊ emulſione
ſe. cõium frigidoꝝ. ⁊ ſi fuerit ſupflua inflatio maxia vt i cõ
tinua ⁊ cauſone cũ iã euacuaueris nõ eſt maluʒ dare aliq̃d
de extinguentib⁹ fortib⁹: vt ſunt troci. de cãphora: mucila
go pſilij: aq̃ melonis indi. ⁊ ſyrup⁹ de limonib⁹ ⁊ ſilia. Ale
xander dixit. Succ⁹ plãtaginis depurat⁹ in q̃titate. ℥. iij.
añ paroxiſmũ trib⁹ vicib⁹ ſumpt⁹ liberat a triteo ⁊ ſum ex
pertus.

¶ Cap. v. de medicis feb. melicarum.

Ebris q̃rtana ẽ feb. accenſa in melia putreſcente.
f Que q: exacerbat̃ p q̃rtũ dicta ẽ q̃rtana. vt in pn
cipio dcm̃ ẽ. queadmodũ ſi p q̃ntũ ⁊ ſextũ dicta ẽ
q̃ntana ⁊ ſextana de melicaꝝ genere exiſtẽtiũ ſaltẽ q̃nta
na. Et ꝙ q̃dã ex ea erat iterpoſita ⁊ q̃dã cõtinua illi ꝓpor
tionalis ⁊ q̃liter differant dcm̃ fuit ſupius. Et q̃ erat etiaʒ
eius cã. erat eniʒ iterior ẽt cã ⁊ imediata melia putreſcẽs
extra venas vel intra: nãlis vel innãlis ex aduſtiõe gene
rata nõ ex ꝯgelatione: cũ rariſſime fiat illa nec apta ſit iſlã
mari ⁊ putrefieri vt febrẽ accẽdat. Cũq; melia innãlis ſit
ex ſe magis apta putredini q̃ nãlis eo ꝙ calitatẽ innãlem
in ſe ẽuauerit ex aduſtiõe vel putrefactõe febrẽ aliquã ac
cendere acq̃ſitã: queadmodũ cinis caliditatẽ ignis. Et. H.
dixit. Sitq; maioris q̃titatis ac malitie quaʒ nã regulare
nõ poſſit: putrefieri põt aptius: iõ raro ſit incipiẽs ⁊ plimũ
aliũ morbũ ſequẽs. ac q: pp ſui malitiã nã iter venas ipaʒ
ſuſtinere nõ põt. ⁊ ſi nãlis ſit cũ ſua ineptitudine ad putre
dinẽ in venis exiſtẽs ꝯrietatẽ hẽat a ſanguie ne putreſcat
⁊ a nã in meli⁹ regulet̃ q̃ extra. iõ plurimũ iterpolata ẽ ⁊
raro ꝯtinua: vt. H. dixit. Et q̃dẽ alius morb⁹ quẽ plurimũ
ſeq̃tur. Eſt aũt feb. putrida maxie multũ ꝓlongata q̃ nõ ſo
lũ in humorib⁹ ipreſſionẽ ipreſſit hũidis: ſʒ etiã in mẽbris
ſolidis inflationẽ ⁊ ꝯſumptionẽ. Quapp. H. dixit. Febres
cũ ꝓlongant̃ minant̃ ethicã: vel feb. multe ⁊ diuerſe vt ſi
inordinate vagãtes. ꝓpe in quaꝝ mãeꝝ euõne nã reddit̃
negligẽs pp diuerſitatẽ ipſaꝝ diſturbantiũ ipam. Intenta
eni plurib⁹ ſit minor ad ſingula: q̃re remanẽt aduſte ⁊ ici
nerate. Et ſic melia inãlis multiplicat̃ q̃druplicis ſpẽi ſʒ
ſpẽm poſſibilẽ q̃tuor hũorũ aduſtionẽ. Alia igitur erit ſan
guinea: alia colica ⁊ ẽ plurimũ: alia fl'atica: ⁊ alia melica ⁊
eſt min⁹. q̃ cũ exacta occaſione in putredinẽ venerit fe. ac
cendit q̃rtanã diuerſaʒ in ſpẽ ẽm diuerſitatẽ ſpẽꝝ melie.
Alia. n. ẽ in melia nãli putreſcẽte: ⁊ alia in melia inãli q̃ ẽ
q̃druplex: ⁊ ſunt oẽs iter ſe iuicẽ dr̃ntes in eſſe: ẽentia aca
dẽtib⁹ atq; cura. vt ifra patebit. Uñ hyp. in ꝓnoſticis. Fe
brib⁹ iordinate vagãtibus q̃rtane ſunt future. Aut opilo ⁊
groſſities ſplenis colligẽs ⁊ multiplicãs meliaʒ vtrãq; cui
putreſcẽti ſuccedit q̃rtana. lʒ ipa q̃rtana raro euacuetur a
ſplenis groſſitie ⁊ opilõne. plũmũ. n. ſuccedit ei vl' cõicat̃ vl
ſeq̃t opilo ipſa. Qñq; ẽ ab apate ei⁹ vel cũ eo ⁊ ẽ maligni
or. ꝓducit. n. frequẽter ad ydropẽ ⁊ pniciẽ. Et ex nãlib⁹ di
ſpõibus ad ipam cũ alijs ſimilib⁹ circũſtãtijs eſt ꝯplexio
melãcolica nãlis corporis vel inãlis habitudo ſeu forma
extenuata ſeu ſicca etas ſenectutis ꝯſuetudo in fridis vel
calidis ſiccis: tp̃s aptũ: vere vel eſtate: regio ꝯſimilis illis:
ars fabrilis vel laborioſa: vita timida ſeu timor ꝑdurans
diu ac ẽt puſillanimitas. Inq̃t. n. hyp. Timor ⁊ puſillani
mitas ſi diu ſteterit ad diſcindẽdũ hũores melicos faciũt
Et cã exterior mediata ẽ in non nãlib⁹ reb⁹ ⁊ cibis ⁊ poti
b⁹ multiplicare hñtib⁹ meliaʒ nãleʒ ⁊ inãlẽ: vt ẽ ꝓpue pa
nis opirus: lens: caulis: caro bouina: ꝑcina: eq̃na: ⁊ arietia:
⁊ vaccina antiq̃ ⁊ ſiluestriũ antiquoꝝ magis: piſciũ ⁊ auiũ
magnaꝝ: caſe⁹ antiqu⁹ ⁊ caro ſalita: ⁊ piſces ſaliti ⁊ ſilia. Et
aq̃ groſſe ⁊ turbide: lutuoſe ⁊ ſulfuree: enee ⁊ ſimiles ſum
pte ⁊ potate ⁊ acetũ. Inq̃t. n. hyp. acetũ colerã ni. adiuuat
⁊ ꝓcurat. Quales ẽt ſunt acuti ſubtiles aduſtibiles q̃ me
lãcolie ſunt cãe. Et q: in ea accẽſa ẽ q̃ tenere nãe exiſtit nõ
obediẽs corpis nr̃i nãe quã calorẽ nãlẽ eẽ dicim⁹ cũ ſit illi
oĩno ꝯria. Inq̃t. n. H. calor nãlis calidus ẽ ⁊ hũidus. nec ẽt
poſitioni vt hyp. ⁊. H. dixit in affo. Termin⁹ vl'is ipſius ſi
error nõ iteruenerit erit ãni vni⁹: ſi vero iteruenerit erit
annoꝝ. xij. vt dixit Abo. Et ea rõne ꝑticularis paroxiſm⁹
eius ꝓlongabit̃. xxiiij. horis in q̃b⁹ erit addẽs ⁊ diminuẽs
ſʒ diuerſitatẽ melãcolie in q̃tito ⁊ ſpẽ ⁊ mixtõe cũ colera ⁊
flegmate. Et aliaꝝ cãꝝ corꝑaliũ in hoc cooꝑantiũ dictaꝝ
ſupra ⁊ ẽt extriſecaꝝ. Et cõiter ſaluior ẽ quotidiana pp ge
tis lõgitudinẽ ⁊ acciñtiũ ꝑuationẽ ⁊ lenitatẽ. min⁹ ṽo q̃ ter
tiana pp aptitudinẽ colere ad reſolutionẽ pp qd̃ lõgior eſt
q̃ illa. Et q̃ ex ea ſalua ẽ. vt q: ſine opilationib⁹ magnis ⁊
apatib⁹ fuerit ⁊ breuis ꝓſeruat ab egritudinib⁹ melancoli
cis vt epilepſia ⁊ melãcolia. ⁊ ẽt liberat cũ terminent̃ i q̃r
tanã: vt dixit Abo. ⁊ a ſpaſmo de repletõe. Inq̃t. n. hyp. in
affo. A q̃rtanis nõ habitis nõ valde ſpaſmat̃. Et cũ fuerit
talis terminat̃ plurimũ p reſolutionẽ ⁊ ſudorẽ nãliter. Et
in ꝑticulari paroxiſmo ⁊ maxie cum inãlis ⁊ calida fuerit
melãcolia. Et q̃ñ p varices ⁊ emoroidas: ⁊ maxie cũ me
lãcolia fuerit nãlis. Uñ hy. melãcolicis varicib⁹ aut emo
roidib⁹ inatis bonũ. Et q̃ñ p diſinteriã maxie cũ innãlis
fuerit melãcolia. vñ hyp. melãcolicis diſinteria ſupueni
ens bonũ. Et q̃ñ p ſcabiẽ cũ nã nõ poſſit melãcoliã inãlẽ

extra corpus expellere:ſ3 deriuat ⁊ tranſmittit ad cutē3 q̄
eſt membrū ordinatū p̱ eā3 ad receptionē ſuperfluitatū cor
poris toti⁹: vt ait. H. Que vero eſt lōga ⁊ cū opilatōib⁹ ma/
gis perducet freq̄nter ad ſtōi defectionē ⁊ epis: ⁊ caſu3 ap
petit⁹ ⁊ ydropē ⁊ pnicié magis. ſi cū apate fuerit vt dcm̄ ē:
⁊ q̄n3 ad leprā pp diffuſionē abūdantis melie inālis in ha
bitu vniuerſo. ¶ Signa q̄rtane iterpolate p⁹ dicem⁹. Si/
gnificāt āt ip̄a3 iuētio cāꝝ añcedētiū p̄dcāꝝ ⁊ ꝯcomitātia
accñtia. Qḋ ē q2 p̄cedēte regie mlico ⁊ circūſtātys dcis in
uenies egōnē melicā: ⁊ vrinā glaucā in pncipio ⁊ augmēto
niſi apud ſtatū. tūc. n. pp digōnē acq̄rit rubedinē ⁊ ſpiſſitu/
dinē: ⁊ in declinatōe fit nigra. Et cū mouet̄ ad exacerbatio
nē iuadit cū frigore: ſ3 in p̄mis dieb⁹ puo ⁊ in ſubſequētib⁹
magno pp hūoris groſſitiē q̄ nō pōt moueri ſtati vt ſubito
deferat̄ p̱ ſenſibilia mēbra niſi caliditate febris ſubtiliet̄ in
duob⁹ dieb⁹ accēſis ſič dcm̄ ē in fl̄atica. deiñ calor ei⁹ extē
dit̄ tarde vt p̱ueniat ad augmētū ⁊ ſtatū pp hūoꝝ groſſi/
tiē ſup̱ quē calor de facili ꝯphendit: ſicut nec ignis ſuper li
gna groſſa l3 citi⁹ q̄3 in fl̄atica ⁊ tardi⁹ q̄3 in colera pura. Et
p̱inde calor dū extēdit̄ vt totū cōphēdat corp⁹ cū orripila
tiōe p̱cedit. Et ē frigori mixt⁹ p̱ut in quotidiana eſt dcm̄:
vt ex eo q̄dē diſcraſia ineq̄lis ⁊ diuerſa in mēbris p̱ueniat
q̄ eſt cā doloris ⁊ ꝯfractionis magne adeo vt videant̄ oſſa
frāgi. Ad qḋ adiuuat i illo fortis mēbroꝝ ꝯmotio adeo vt
ſtridore frendeant dētes pp ꝯctionē nāe ad pncipia ⁊ mo/
tū ipſi⁹ ad expellēdū nocētia: non tñ ſič in fl̄atica. Et p̱du
cit illud ad viſus debilitatē pp multā euaporationē fumo
rū ad caput ſič accidit in accēſione lignoꝝ viridiū ⁊ groſſo
rū p̱turbātiū ſpm̄ aialē3 in cerebro ⁊ ſenſibilē ⁊ motiuū: q̄
re ēt mot⁹ fit debilis pp fatigationē ipſi⁹ in expellēdo illos
ꝯmotiōe mēbroꝝ. Cū ergo p̱uenit ad ſtatū calor ei⁹ acuti/
or eſt q̄3 in fl̄atica: min⁹ tñ q̄3 in colerica: niſi in melica inā/
li accēſus exiſtat. Et deide declinat cū ſudore plurimū ⁊ p̱
p̱rie ſi melia inālis ſit vt ſupius ē dcm̄. Ita vt in. xxiiij. ho/
ris in febriēdo deficiat ⁊ p̱fecte q̄ſcat ⁊ hoc i q̄rtana iter/
polata ex melia nāli. Et pulſus ē paꝝ dur⁹ ⁊ diuerſus: ma/
gn⁹ velox ⁊ ſpiſſus l3 in pncipio ſit coartat⁹ ⁊ in velocitate
⁊ in ſpiſſitudine nō diuerſus ſič in quotidiana. Et ſiſtoles
velocior dyaſtole pp putredinē q̄ mūdificat̄ apud declina
tionē. Et ē ſignū p̱fecte diſtinctiuū iter quotidianā ⁊ ip̄a3
Si vero ſit ꝯtinua ſigna cāꝝ añcedētiū ex ſignis ⁊ circun/
ſtantys iuenies fortiora. Exacerbabit̄ ꝯtinue ⁊ de q̄rto in
q̄rtū magis ⁊ exacerbatio fortioris ē caloris. nec icipit cū
frigore ſeu horripilatōe: nec declinabit ſeu tepeſcet cū ſu/
dore aut alia manifeſta euōne: ⁊ accñtia ei⁹ alia ſt̄ fortiora
¶ Signa vero q̄rtane ex melia ināli ⁊ fl̄atica ſunt añceſ/
ſio fl̄aticaꝝ febriū: ⁊ cū icipit frig⁹ añcedit maius ⁊ calor
ē obtuſior q̄3 aliaꝝ ināliū. Et ſudor in declinatiōe tardior
⁊ minor q̄3 innālib⁹. Et vrina groſſior ⁊ durities pulſus mi
nor: ⁊ ſignificāt eā ēt ꝯſiles circūſtātie. ¶ Signa vero q̄r/
tane ex melia ſanguīea: ſunt añceſſio ſignoꝝ ſanguis ⁊ fe/
briū ſanguineaꝝ. Et icipit cū minori frigore: ⁊ calor ei⁹ eſt
mediocris: ⁊ declinat cū fluxu ſanguis vel ſudore: ⁊ vrina
eſt rubea ſpiſſa ⁊ etiā ſignificāt ip̄am ꝯſiles circūſtātie. Et
ſigna melie colerice ex aduſtione colere ſunt anteceſſio ſi
gnoꝝ dñij colere rubee ⁊ febriū ei⁹. Et cū iuadit icipit cu3
q̄ minori frigore ⁊ horripilatōe maiori: ⁊ calor cito aſcēdit ⁊
ē acutior: ⁊ cito declinat cū ſudore copioſo: ⁊ vrina ē coleri
ca valde ſubtilis: ⁊ pulſus velocior ⁊ frequētior cū minori
diuerſitate ⁊ iequalitate aſcēdit: ⁊ ꝯcurrūt cū ea circūſtan
tie ꝯſiles. Et ſigna q̄rtane ex mlia nāli aduſta ſūt ſignorū
p̱ceſſio dñij melie egritudinū mlicaꝝ. Et cū mouet̄ ad pa
roxiſmum incipit cum minori frigore: ⁊ calor citius aſcen/
dit: ⁊ magis eq̄liter ⁊ ē acutior q̄3 in melācolia nāli nō adu
ſta: ⁊ citi⁹ declinat ⁊ cū ꝯpletiori ſudore: ⁊ vria ē magis tin
cta ⁊ ſubtilis in pncipio. Et pulſus ē velocior ⁊ ſpiſſior cu3
minori diuerſitate ⁊ ineq̄litate extñs ⁊ ꝯcurrūt cū ea circū
ſtātie ſimiles. In cura q̄rtane duplex ē regimē. cōe ⁊ pro
p̱riū. Cōe ē qḋ ei in vnaquaq3 ſui ſp̄e ⁊ mā cōiter conuenit.
¶ Et ē quatuor res. p̄ma abſcidit cām. ſcḋa ſubalterat fe.
diſcraſiā. tertia ponit ſtudiū in virtute ⁊ vita cū regie cibi
⁊ pot⁹ ⁊ aliaꝝ nō nāliū reꝝ. quarta corrigit accñā. ¶ Pri/
ma res ꝯplet̄ duplr̄. digōne. ſ. ⁊ euōne. Digōnē vero cōplēt
medicie miorātiue ſi in mā appeat multitudo ⁊ alteratōe
reſidui. p̄ma ſūt cliſteria ex leniētib⁹ ⁊ abſtergētib⁹ notis
in pncipio: deide cū ſolutiuo aliquo educēte de melācolia
abſolute qḋ ifra ſaluatoris dicet̄ p̄ſidio. Et ex cōib⁹ melā/
colie abſolute ē agaric⁹: ſ3 illud poſt digōnē. añ. n. eſt p̄ſum
ptio ⁊ itroductio erroris ⁊ p̱p̱e in q̄ntitate multa miſtrat⁹.
ergo addat̄ q̄ ſit pauce q̄ntitatis. Cōſideret̄ tñ ſi ſāguis ſit
abūdās in eis ⁊ p̱p̱e ſi melācolia nāli ⁊ ſanguīea. tūc. n. flō
met̄ ⁊ extrahat̄ ſanguis ſ3 necitatē. alr̄ autē flōmia nocet
cū debilitet ⁊ icrudet cū euacuet ꝯriū melancolie ⁊ diſſol
uat hūores ⁊ trahat illos ad exteriora. Et vōitus leuis in
pncipio ⁊ fortior in p̱ceſſu fact⁹ añ ⁊ poſt cibū ſubtiliatiuū
⁊ abſterſiuū ex acetoſis ⁊ acutis quacunq3 die: ⁊ maxīe in
die paroxiſmi ⁊ in pncipio ei⁹ vt ē aqua decoctōis ſeis ra/
fani: ⁊ ſyrup⁹ ace. potat⁹ añ paroxiſmu3 p̱ horas duas vel
vnā. Et deiñ cū aqua multa calida q̄ ſecuritatē facit a no
cumēto rigoris ⁊ frigoris ⁊ a nocum̄to acuitatis reꝝ p̄m ſ
ſaꝝ pp feb. Talis aūt vōitus añ paroxiſmū fact⁹: vt dixit
Abo. q̄cūq3 hūor ſit alleuiat paroxiſmū aut eradicat. qua/
ſi dicat. dato q̄ hūor peccās ſit iept⁹ ad vōitū q2 melācoli
cus. q̄r iuſſit hyp. in affo. educēdū eē iferi⁹ nō ſupi⁹. tāta tñ
ē vōitus talis virt⁹ in euōne ipſi⁹ q̄ ſi aſſiduet̄ aut miorat
ſi mult⁹ ē ⁊ idigeſt⁹. aut eradicat ip̄3 ſi pauc⁹ ē ⁊ digeſt⁹. aſ
ſiduatōe. n. ipſi⁹ hūor melācolic⁹ inept⁹ diſponet̄ ⁊ trahet̄
ſupi⁹ vt educat̄ p̱ ip̄3. Et cibaria lenificātia añe cibū ſum
ptū ex fructib⁹ ⁊ herbis. vt fic⁹ ⁊ carrice: pruna cū endiuia
p̱p̱e ⁊ alys olerib⁹ lenificātib⁹ p̱p̱e. vt borago: bugloſſa. lu
puli: fumuſterre: ⁊ ſicla. h. n. in leniēdo nām ⁊ minorando
mā3 melācolicā abſolute ꝯueniētiora ſunt potiōib⁹. De ſi
oporteat vti eis eligas leuiora q̄ cū lenificatōe ſoluāt ⁊ hū
mectēt abſq3 caliditate ⁊ ſiccitate multa ⁊ ꝯfortēt ſtō3. vt
ē māna ⁊ ſucc⁹ granatoꝝ dulciū expſſoꝝ cū pulpis: caſſiaf.
cū aqua ligri. ciceꝝ: ⁊ alubleb: ⁊ geleniabin. dyaborigina/
tū: ⁊ dyabugloſſatū: ⁊ dyaſene: ⁊ ſimilia. Si aūt idigeat at/
tractiuis miſtrent̄ in q̄ntitate pauca. Et cū eis miſce liqui/
ri. viol. ⁊ paſſul. ad refrenādū ſiccitatē ⁊ iuuāt cū hoc euō/
nē: ⁊ diuretica: ⁊ p̱uocātia ſudorē abſq3 fortitudīe vt ſunt
ſeia cōia cū aniſo feniculo ⁊ aqua ipſoꝝ. ⁊ radicū coīu3 for
tia ⁊ calida nocēt exiccādo. educūt. n. ſubtile ⁊ groſſū exic/
catū dimittūt. ¶ Alteratie ⁊ digeſtiue deīceps miſtrāde
in adequatōe reſidui ſunt medicie ſimplices ⁊ ꝯpoſite. Et
ex ſimplicib⁹ ſt̄ p̄dicte ⁊ ꝯſiles aq̄ p̄dictaꝝ ip̄aꝝ. ⁊ aq̄ gele
niabin. ⁊ ſyrup⁹ ace. ſimplex cū ea. Et ex ꝯpoſitis ſūt ꝯpoſi/
te ex eis ⁊ alie q̄ ifra deo duce dicent̄. Que ſint date ante
paroxiſmum p̱ tres vel quatuor horas digeſta mā p̱ duas
vel tres ebdomadas: ip̄a3 o3 cūare p̄dcis medicinis leniti
uis attractiuis ſimplicib⁹ ⁊ ꝯpoſitis in q̄ntitate augmētan
tes abſq3 multa caliditate ⁊ ſuperfluitate v̄tutis ⁊ attractio/
nis q̄m̄ reſoluit ſubtile ⁊ p̄tergreditur groſſum vt ſupra ca
pitulo de melācolia ē dcm̄. Melior ē ergo ſecūdatio mul/
titudīe vt cū digeſſeris p̱ duas vel tres ebdōadas des ſo/
lutiuū p̄dictū moderatū in q̄ntitate ⁊ q̄litate. deiñ redeas
ſi o3 ad digōnē p̱ illud tp̄s: ⁊ deide ad cūatiuū. Et hoc q2
q̄uis ſit ſalutifera nec p̱nicioſa vt quotidiana: tamen q2 lō
ga pp hūoris groſſitiē o3 p̱ iterualla purgari p̱fecta digō/
ne nō expectata vt vnica in forti digōne puget̄ pp cā3 p̄di
ctā. Et q2 a nā meli⁹ tollerat̄ vt ſupra in tertiana nō pura
⁊ quotidiana ē dcm̄. Cūq3 appeat p̱longari vltra ebdoma
das quatuor docuit Raſ. dari troci de abſinthio cū ſyru

po ace. vel aqua ciceꝝ. ¶ Sed dices quare citius docuit
miniſtrari trociſcuꝫ in quartana q̄ꝫ in quotidiana. ꝓpter ꝓ
longationē ⁊ abbreuiationis gratia cū longioꝛ ſit quarta/
na: vt iā ex dcis appet. Et ꝓinde ſi trāſierit vltra q̄tuoꝛ heb
domadas nō dici poterit ꝓlongari: vt ꝓinde expediat mi/
niſtrari trociſcos. ¶ Preterea vt qd troci. ⁊ non alias me
dicinas. Rn̄dit Galco ad ꝑmū dicēs. ꝙ termin⁹ dādi tro
ci. eſt termin⁹ ſeu tp̄s ꝓlongatōis ipſaꝝ ꝓpter cāꝫ īferi⁹ aſ/
ſignandā. vt qꝛ ex quo īcipit ꝓlongari ſint dādi. Talis aūt
eſt duplex. qdam cōis ⁊ qdā ꝓpri⁹. Cōis eſt duplex. qdam
in acutis ⁊ eſt. xl. dieꝝ. eſt. n. xl. finis acutaꝝ ⁊ ꝑncipiū cro/
nicarū ꝑut dixit hy. Alius eſt ī cronicis ⁊ eſt poſt āni cōple
mētū. Eſt. n. eis termin⁹ ſ3 motū ⁊ īfluentiā ſolis q̄ in āno
vno finit̄: vt dixit. G. Termin⁹ ꝓꝑus eſt diuerſus ſ3 diuer
ſitatē febriū in ſeipſis. Talis aūt ē duplex. vn⁹ eſt termin⁹
tp̄is ſtatuti ſ3 plurimū vnicuiqꝫ eaꝝ vt in acutis abſolute
termin⁹ dādi ſit p⁹. xiiij. dies. Inqt. n. hy. ī affo. Acute egri
tudīes in. xiiij. dieb⁹ iudicant̄: in quotidiana poſt. lxx. dies
⁊ in q̄rtana poſt annū vt ſupra eſt dcm̄: Ali⁹ eſt termin⁹ re
regularis ſ3 ꝙ feb. tā acuta q̄ꝫ cronica pōt min⁹ vel āplius
ꝓlongari: ⁊ illud ꝓpter diuerſitatē cāꝝ h̄ntiū ꝓlongare q̄
cū eis pn̄t cōuenire vel nō. Et hoc mō in tertiana pura ter
min⁹ dādi eos ē poſt duas ebdomadas: ī q̄rtana poſt qua/
tuoꝛ: ⁊ in quotidiana poſt qnqꝫ vel ſex vel q̄tuoꝛ. ⁊ illud ꝑ
reſpectū ad nāꝫ h̄ntē tollerare ipaꝫ ſeu longitudinē eius:
ſicqꝫ in lōgis vt quotidiana ⁊ q̄rtana dicēte. G. Rari ſunt
diuturni moꝛbi de gn̄e flātis vel mlīe ⁊c̄. dat̄ qn̄qꝫ īfra ter
minū ſtatutū ſ3 plīmū eis nō vt ꝓlongent̄ cū de ſe nāliter
longe ſint: ſ3 vt īfra illud terminent̄ ſeu a longitudīe iuuē
tur. ¶ Ad 2ᵐ dixit ꝙ tales moꝛbi ſeu febꝛes ſunt duri ad
digerēdū: qꝺ ꝓlōgatio eoꝝ demr̄at. Et ꝓinde medicia de
bilis miniſtrāda nō eſt in eis cū ī v̄tute nō ꝓpoꝛtionet̄ eis
īmo foꝛtis virtutis vt foꝛti īfirmitati foꝛtis medicia occur
rat: vt hyp. dixit in affo. ⁊. G. Talis aūt eſt trociſcata vel in
elio ꝯfecta cū in ea īgrediant̄ medicīe foꝛtis v̄tutis ⁊ ſuba/
liter non virtualr̄ tm̄: q̄ēadmodū in ſyrupis ⁊ decoctōib⁹
in qb⁹ virt⁹ in ꝓꝑo ſbo exn̄s foꝛtioꝛ ē q̄ꝫ in trāſlata in aliud
ꝑ decoctionē: ⁊ ꝓinde troci. ⁊ elaria ſunt miniſtrādi cū ter
mino ⁊ tp̄e ex quo febꝛes īcipiūt ꝓlōgari. Finalr̄ autē ꝑfe
cte digeſta mā eradicabis cū farmacijs appropatis ſimpli
cib⁹ ⁊ ꝯpoſitis q̄ īfra dicent̄. Finalr̄ balneabis ī dl̄ci eucra
ta qm̄ reſoluit reſiduū: diſcraſiā alterat ⁊ humectat: ⁊ ꝓin
de non ſudet multū: poſt qꝺ dabis aſſaꝫ vel tyriacā cū vi/
no: ⁊ magis in melīca ⁊ flātica qm̄ reſoluit ⁊ confoꝛtat aut
metridatū medicīe de aſſa de ſulfure: dyapipeon: ⁊ ſilia. ꝺ
elarijs nō aſſidue: ſ3 in ſingulis dieb⁹ trib⁹ vel qnqꝫ. nec fe
ſtines cū eoꝝ aliquo ante digōnē: qm̄ ſi dederis tyriacam
aut aliqꝺ eoꝝ ante digōnē ꝯpones q̄rtanā cuꝫ quartana: ⁊
foꝛtaſſe attrahes egritudines alias ⁊ ꝓꝑe in hyeme. Et il/
lud qm̄ tūc diſſoluit ⁊ nō reſoluit ad qꝺ adiuuat diſpō hye
mis q̄ ſupfluitates multiplicat ⁊ ſua friditate vetat ſolui.
Cū igit̄ diſſoluit mouet hūoꝛes ꝑ coꝛpus vt Serap. dixit ⁊
Abo. ⁊ ꝑ coꝛpus fluere fecit. Et bonis hūoꝛib⁹ illū ꝑmiſcet
paꝝ q eos mutat in ſuā nāꝫ: ⁊ ſi remanet in vno loco parit
febꝛē magnā vehemētē plus q̄ꝫ oꝫ. ⁊ ſi remanet in duobus
locis acgrit duas feb. mlīcas: ⁊ ſi ſit in trib⁹ locis tūc foꝛte
faciet tres: ⁊ tunc ſollicitudo tua ſit de epe ⁊ ſplene. ¶ Sꝫ
dices ꝯceſſiſti tyriacā in egritudinib⁹ neruoꝝ frigidis ⁊ hu
midis ante digōnem: quare vero in q̄rtana vetas cū ſit ex
mā frā ⁊ ſicca: ⁊ ſit minus diſſolutiua. Rn̄dit Galco. d. ꝙ
egritudines neruoꝝ pauce ſunt māe ⁊ eēntialiter frē ⁊ hu
mide: quā tyriaca diſponit ⁊ ꝯſumit: nō diſſoluit. ⁊ egritu/
dines alterat: nō ītēdit. Quartana vero ecōtra ſe h3 qꝛ nō
frida eſt vt illa: ⁊ ſi frida ei⁹ mā ſit cū hec magis eſt coadu
nata in q̄rtana v̄o diffuſa ſic illa. Et ꝓpterea magis ē apta
diſſolui ex caloꝛe tyriace ⁊ febꝛis ignitiōe: illa vero diffuſa
magis digeri ⁊ ꝯſumi apta. Et vōitus foꝛtes ⁊ cliſteria acu
ta cū ꝑdictis ⁊ alijs in eradicatōe ipſi⁹ ꝯuenīētia ⁊ ꝓuocan
tia tꝑata: foꝛtia. n. nocēt excitādo māꝫ ⁊ coꝛp⁹. Alteratio/
nē febꝛilis diſcraſie ꝯplent tꝑate frā ⁊ humida ex medici/
nis īterius ⁊ exterius ſ3 oēm modū approximatis: quales
ſunt ex herbis: ſicut endiuia ꝓpꝛie ⁊ criſolocāna: andacho/
cha ⁊ ſilia: que cū ſua tēperie conferunt febꝛili diſcraſie ex
quacūqꝫ ſit mā. Et interdicant̄ valde frigida vt ex herbis
lactuca qm̄ timet̄ ex ea īfrigidatio nimia: qꝺ nō ē inuētuꝫ
in endiuia. Et ex fructib⁹ ſic melon idus: qm̄ timet̄ ex eo
ꝑꝑ vehemētiā ꝓuocationis īgroſſatio ſanguinis ⁊ īcruda/
tio hūoꝝ: qꝺ nō eſt inuentū in melone dulci. Et ſicut ꝑſica
qm̄ timet̄ ꝑmixtio putredinis: ⁊ illud nō ē īuētū in pomis
maturis granatis ⁊ alijs. Qꝛ ſi timeant̄ ꝑdicta ꝓpter excel
ſuꝫ caliditatis vel accn̄tia excuſatio non ſit ab eis. miſceā
tur eis calide tꝑate q̄ ſunt ſicut ligri. capil. ve. paſſul. zucca
rū albū ⁊ rubeū: ⁊ mel: qm̄ l3 ꝯferant febꝛi in q̄ꝫtū febꝛis ē
calida ⁊ ſicca: nocēt tn̄ melīe qꝛ frā ē: ⁊ ꝓinde alienant̄: ac
ēt oīa exiccātia cuꝫ noceāt feb. ⁊ cauſe. Qꝛ ſi ſiccis oꝫ ad di
gōneꝫ māe ⁊ diuiſionē ac aptionē opilationū vti vt eſt ſy/
rupus ace. miſceant̄ eis humectantia. vt aq̄ bugloſſe: boꝛa
ginis: ligri. paſſul. ⁊ hmōi Et ex ꝯferentib⁹ ex ꝓꝑꝛietate eſt
calēdula: lauēdula: ⁊ pes locuſte: ⁊ decoctio ei⁹: aſſa: anda/
chocha: cū ex eis bibūt̄ q̄tuoꝛ folia ſeu grana alterat̄ ꝓro/
d⁹ ei⁹. ⁊ lingue arietis radices quatuoꝛ cū bibūtur cū vini
ʒ. iiij. ⁊. 5. ⁊ ſemen rafani cum vino curat eam: ⁊ cancer ma
rinus curat eaꝫ. Rocha confert febꝛibus quartanis. nigel
la reſoluit ⁊ pꝛohibet feb. flegmaticas ⁊ melancolicas pro
pꝛie. ¶ Regimen vero cōmune in cibis potibus ⁊ in alijs
ſit ad caliditatē tendens ⁊ humiditatem. Equalitas autē
⁊ temperies oī lapſui ꝯuenit ⁊ māe cuiuſcunqꝫ ſint ſpeciei
vt. G. oſtendit. qualis eſt in cibis ⁊ potib⁹ euchimijs ſupe
rius dictis: que maxime in ſe has quatuoꝛ aggreget pꝛope
tates. Prima vt nō incrudet: īmo ſit cruditatem reſoluēs
que pꝛouenit ex melancolia: ⁊ ꝓinde debet eē ex facile di/
geſtibilibus. Scđa eſt vt non ſit ingroſſans: īmo ſubtiliās
groſſum eius: ⁊ ꝓinde ſubtiliatiuā habens virtutē. Et ter/
tia eſt vt non ſit ventris ⁊ viſcerum ꝯſtrictiua ⁊ opilatiua
ſed ſolutiua ⁊ aperitiua: ⁊ pꝛoinde pꝛemittantur carice cū
endiuia: vel cappares cū aqua ciceꝝ: ⁊ ſemina lenitiua. Et
quarta eſt vt ſit boni ſanguinis generatiua: ⁊ ꝓinde dicta
ē euchimia. Uel bꝛeuiter cibus eius ſit panis mūdus pul/
li ⁊ galline iuuenes ⁊ pingues auce parue: perdices: faſiani
caro annualis agni: hedina: columboꝝ nouoꝝ non valde
pinguiuꝫ: ⁊ oua recentia ⁊ ſoꝛbilia: ⁊ piſces petrini parui: ⁊
mediocres ſquamoſi ⁊ marini. Et ex herbis boꝛago: ⁊ bu/
gloſſa: ⁊ endiuia. Et ex granis oꝛdeū: ⁊ amilum: ⁊ farina ci/
ceꝝ ⁊ ſimilia. Et ex fructib⁹ cappares: poma dulcia ⁊ odo/
rifera: granata dulcia ⁊ muçça: carice: vue paſſule ⁊ paſſa/
te amigdale: pinee ablute: ⁊ fiſtici: ⁊ ꝯſimiles. Et potus ſit
vinum album vel rubeum maturum competenter lim/
phatum: ⁊ pꝛopꝛie cum aqua bugloſſe: boꝛaginis vel fer/
rea. quia ſplen reſoluit. Et quandoqꝫ mellicratum condi
tum pꝛopter debilitateꝫ ſtomaci ⁊ epatis ac faſtidium ac
debilitatem digeſtiue que eſt accidens cōmune febꝛibus
iſtis. Aer quoqꝫ ſit temperatus in quo locentur iſti ⁊ quie/
ſcant: non moueantur niſi delectabiliter ⁊ ſuauiter in die
quietis. Exercitium ⁊ pꝛopꝛie laboꝛioſuꝫ maxime quarta
narijs nocet ⁊ coꝛpoꝛis ⁊ anime. ſi vero ībecillis fuerit nil
pꝛohibet diebus intermedijs ad exercitia conſueta tranſi
re. Somnus quoque ſuperexcedat vigilias. inaniantur ſu/
perflua: ⁊ ītroducantur cibi ⁊ potus iuuatiui pꝛedicti quā/
titate tempoꝛe ⁊ oꝛdine modo ⁊ artificio limitatis. Et eſt
quoniam: vt Galienus dixit. quartana ſe longam oſten/
dit alijs magis: diete oꝛdinatio in ſubſtantia quātitate cō/
tinua cibi ⁊ potus debet eſſe ad groſſiciem tendens qua/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0464-7

tenus valet egrotum ſuſtinere vſq3 ad ſtatum:ſicq3 debẽt
vberius nutriri. Et ex nutribilioribus dictis in principio:
deinde gradatim minuere ſecundum ſucceſſionem aug/
mẽti ⁊ ſtat⁹. Et in declinatõe vberrime vt ĩpreſſa ſiccitas
⁊ ↄſumptio hũectet̃ ⁊ reſumat̃. vel qꝛ ↄtingit melãcoliã
paucã eſſe ⁊ ſubtilẽ q̃nq3. ⁊ ꝑinde ipa3 quartanã abbreuia
ri ĩfra mẽſe3 vt ĩ trib⁹ hebdomadis q̃ ſt dieꝝ.xx. Qui pro
dus eſt ſ3 hyp. ↄpletis l3 in acutis tpate o3 ꝓcedere ẽt ſub
tiliare ipa3: quaten⁹ nã ĩnitat̃ magis ↄ ipa3 ⁊ ei⁹ mã3 vt ci
to digerat ⁊ reſoluat. ⁊ ſic breuis ⁊ a ſupi⁹ dcõ ꝓlõgatiõis
ꝑiculo eximat̃ vt ſupi⁹ ẽt in quotidiana ẽ dcm̃. Sed hoc
vſq3 ad ꝑdcm̃ terminũ ſeptimanaꝝ triũ ꝙ ſi vllo aduenien
te nõ ceſſet redire o3 ad igroſſatõe3 pp cãm iã dcã: nec ꝓ/
inde ſequet̃ nocumẽtũ venerãtiũ oyatritũ cũ adhuc ſit q̃r
tana vſq3 ad tũc: ⁊ a ſui ꝑncipio ↄſtituta: in quo augmẽtu3
cib⁹ nõ fallax ẽ ſic in augmẽto vel ſtatu egritudinũ acuta
rũ. Et nihilomin⁹ reductio ſit paulatina. Et q̃ntitas diſcre
ta ſit ſm nãm ĩfirmi ⁊ q̃litatẽ morbi vt ſit paꝝ ⁊ freq̃nter
dat⁹ cib⁹ ĩdigẽte multo pp ſiccitatẽ morbi. Sed qꝛ debilr̃
digerit o3 illũ ꝑtire multũ ⁊ freq̃nter dare: niſi obuiet ſup
ueniens paroxiſm⁹. Sit quoq3 ſm etatẽ tp̃s regionẽ ⁊ ↄſue/
tudinẽ. ⁊ ſilr̃ modũ ſic hyp. in ſuis affo. oñdit. Et ordo ẽ vt
ꝑmittant̃ lubricãtia ventrẽ vt ſupra ibidẽ dcm̃ ẽ. Tp̃s ãt
dãdi cibũ ẽ vt in die paroxiſmi abſtĩeat a cibo ꝑ diẽ vt ꝑ diẽ
horã lucis ĩtelligam⁹ duodecimã ſi tolleret v̾tus. Cũ.n. di
gõ in talib⁹ ſit debil̃ magis q̃3 in alys febrib⁹ eo ꝙ a calo ⁊
hũido fiat: ꝓcibare o3 añ paroxiſmũ diuti⁹ q̃3 in alys q̃ten⁹
in lõgiori valeat eẽ digeſt⁹ vt ſupueniẽte paroxiſmo ventrẽ
ĩueniat vacuũ. ſic in q̃rtana d3 eẽ lõgi⁹: in tertiana breui⁹:
in quotidiana mediocre vt ẽ dcm̃. Si.n. vacuũ nõ ĩuenit̃
iuxta hyp. in affo. ſubtrahere o3 ip3. niſi.n. ſubtrahat̃ nã ꝓ/
focata ſub mã ꝓfocabit̃ magis ſub cibo dlectabili ſibi. Et
ↄuerſa ad cũ delectabilẽ ſibi dimittet pugnã. ⁊ tñ nõ dige
rit̃ vt ↄfert: ſ3 corrũpet̃ ⁊ addet ad paroxiſmu3: ⁊ accñtia ei⁹
praua efficient̃ ĩtendẽdo. poſtponat̃ ergo ex tũc ⁊ hoc vſq3
ad ſtatẽ vel declinatõe3 ſi vſq3: tunc valeat tollerare. Q̃ ſi
v̾t⁹ nõ toleret: vt qꝛ ſit colic⁹: ſuffic̃ tũc paꝝ de cibo añ pa/
roxiſmũ tm̃: vt digeri poſſit. in dieb⁹ aũt ſtetis ĩtermedys ci/
bet̃ tũc ⁊ totiẽs quotiẽs fuerit ↄſuet⁹: ⁊ artificiũ ꝑparatio
nis ſit vt ꝑſeruet hũiditatẽ nãlẽ nõ minuat; vt ſupflua aſſa/
tio ⁊ frixura. Accñtia v̾o corrigẽda in ipa q̃ ad q̃rtã rẽ ꝑti
nẽt ſũt ſplenis diſpõnes maxie cũ ꝑncipalr̃ patiat̃ in ea. et
ꝑinde ꝑncipalr̃ ẽ obſeruãdũ ⁊ ꝓcurãdũ cũ rebus ipi⁹ eũo
nẽ duriciẽ ⁊ oppilõnẽ remouẽtib⁹ ↄfortãdo queãdmodũ
in colericis ſtudioſius ꝓcurãdũ eſt epar: ⁊ maxie in acutis
Et in flaticis ſtõs: vt Auer. in ſuo coll̃. dixit. Et qꝛ ad oppi
latione ſplenis ſeq̃t̃ q̃rtane ꝓlongatio: ⁊ maxie qꝛ ad eam
augmẽtatã debilitas epis ⁊ ſtõi ſeq̃t̃: qua appetit⁹ defic̃ ⁊
digõ: vñ cibũ bonu3 ⁊ potũ ꝑdcm̃ nõ valens ſumere cogit̃
malũ recipe augmẽtatiuu3 oppilõnis ipi⁹. Et pp ei⁹ mali
tiã ⁊ ĩdigõnẽ expedit nõ ſolũ ſplenẽ: ſ3 ẽt epar ⁊ ſtõm ꝓcu/
rare: apiendo ⁊ ↄfortãdo ne ſupfluitates abũdãtes ĩ corpe
recipiãt in ſeipſis: q̃bus in opatõibus ⁊ appetitu coꝝ vltra
modũ deficiãt: qð in lõgis morbis ẽ valde verẽdũ: vt hyp.
in ſuis rettulit affo. q̃liter aũt fiãt hec ſupi⁹ in ꝑma ſectiõe
eſt dcm̃. Regimẽ v̾o ꝓpriũ q̃rtane debitũ ẽ qð ꝓpe vni
cuiq3 ſpẽi ei⁹ ⁊ mãe ↄuenit. poſt cõe.n. aliud debet̃ q̃rtane
ꝓpriũ ex mr̃ia nãli facte. aliud ei q̃ fcã ẽ ex mr̃ia ĩnãli. Et
cura hmõi ſit q̃druplex. Aliud.n. qð debet̃ vni: ⁊ aliud qð
debet̃ alteri: ⁊ aliud ĩterpolate: ⁊ aliud ↄtiue. Et ẽ ꝙ ꝓpriũ
a cõi nõ dr̃t in ſpẽ. ſ3 ĩ q̃tito. Sit itaq3 cura ſeu regimẽ dcm̃
l3 oib⁹ ſit cõe. ꝓpriũ erit vel ↄueniẽs magis q̃rtane ex nã
li mr̃ia: cũ ei eq̃lia ꝓpe vel tpate cal̃a debeant̃ ⁊ hũida: eo
ꝙ a ſanguie ſit deciſa ſic groſſũ ⁊ feculẽtũ ipi⁹. Et ꝑinde ẽ
ꝙ eſt ſapiẽs de nã tpamẽti ⁊ eq̃litate ipi⁹. ſanguis.n. inter
hũores eſt tẽperatior ⁊ nãe ↄueniẽtior. G. ait. Et magis ꝓ/
prium ei eſt vt ꝑparatio ſeu nãe lenificatio fiat ꝑmit⁹ cu3
aq̃ iuleb ⁊ penidys: ⁊ cũ admiſtratõe geleniabi: ⁊ zucca. ro
ſa. nouo ⁊ ↄſilib⁹. Et in fine duaꝝ ſeptimanaꝝ miſceret̃ cũ
decoctõe fumiterre paſſul̃. epithimi: deide digerat̃ mã cũ
geleniabin in ſirupo ace. cũ aq̃ boragis: buglosse: ⁊ paſſula
rũ. Cũ ergo digeſta ẽ egritudo bonũ erit f:omare de baſili
ca ꝓut ẽ dcm̃. Et admiſtret̃ vomit⁹ ſupra cibũ cũ fortitu/
dine ⁊ cliſteria ⁊c̃. Et medicie euãntes cũ eradicatione vt
ſũt epithimũ ⁊ agaricum: ſticados: lapis armen⁹: ⁊ lapis la
zuli ablut⁹: miroba. nigri. ⁊ pil̃le coꝝ: ⁊ ſucc⁹ floꝝ cẽtauree
cũ ſirupo mellino: ⁊ fortaſſ: s ẽ neceſſari⁹ ellebor⁹ niger: et
alterãtia remiſſe miſtrabis: ⁊ dieta magis groſſa cũ ꝑdcis
ſit diuturnior. Quartane v̾o ex mr̃ia ĩnãli cũ ſit magis cali
da pp calitatẽ reſeruatã ex aduſtiõe: regimẽ ꝓpriũ debitũ
ab equalitate declinare o3 a calitate ad frigiditatẽ tpatã.
dr̃nter: tñ ſm diuerſitate3 ſpẽrum mr̃ie. Si ergo fuerit ex
aduſtiõe nãlis mr̃ie regimẽ eius ꝓpriũ ꝓpinquũ eſt illi: ſ3
ſi fuerit cũ ſanguis aduſtione minuet̃ cũ flomia ex baſili/
ca. Et cũ euone: deide ſubtilia cũ eo in quo ponunt̃ mũdi
ficãtia ſanguinẽ cũ tẽperamẽto ⁊ fr̃itate pauca. vt eſt ſuca
ba: bedeguar: borago: bugloſſa: fum⁹ terre: ⁊ miro. kebuli:
⁊ alterãtia ſint min⁹ fr̃a. Et qꝛ h̾ cito recipit curã: tenuior
ſit dieta. Et ſi ex aduſtiõe colere erit mr̃ia regimẽ ei⁹ ẽ ꝓ/
pinquũ: vt in ꝑmis len: ficatio fiat cũ vio. aq̃ lactis: ſirupo
roſ̃ iuleb: ⁊ caſſiaſi. ⁊ tamarĩdis. deide ꝓcedat̃ ad digõnẽ
cũ his q̃ ſubtiliãt ⁊ ĩcidũt: vt eſt ſirup⁹ ace. cũ aq̃ fumi ter/
re: endiuie: criſolocãne: ⁊ andachoche. Digeſta v̾o mã poſt
vnã hebdomadã purget̃ cũ dcoctiõe de epithimo ⁊ fumo
terre: cũ miro. citri. ⁊ nigris: ⁊ ſene cũ aqua lactis. ⁊ lapide
lazulo ⁊ armeno. ⁊ alterãtia ſint ad fr̃itatẽ magis declinã/
tia. Et dieta cibi ⁊ pot⁹ magis attenuatiua ⁊ magis fr̃a ⁊ hu
mectatiua. Et balneũ aq̃ dulcis tpate cal̃e eſt ei ↄueniens
in fine: ⁊ ſeſſio in ea. Et ſi ex aduſtiõe flatis fuerit nec̃aria
lenificatio lenificet̃ in ꝑmis cũ decoctiõe polipody ⁊ tur/
bit. deide addat̃ paꝝ agarici: ⁊ digerat̃ reſiduũ cu3 ſirupo
ace. de ſcibus ⁊ geleniabin: dõec manifeſte digerat̃ mã: ⁊
deide euet̃ poſt tres hebdomadas cũ ꝑdcis ĩ q̃titate ma/
iori. Et cũ miro. keb. emb. ⁊ bellericis: cũ ↄfortãt ſtõ3. ⁊ cũ
oleis mũdificet̃ vt o3: ⁊ ꝓuocet̃ ſi oporteat vomit⁹ cũ ſiru
po ace. in quo ſit v̾tus ſinapis ⁊ elli albi: imo erit nec̃ariu3
vt in potu det̃ ellus niger nõ alb⁹: qm̃ in etate nr̃a ẽ ꝓfoca
tiu⁹ vt ꝑdiximus in ſuo caplo: aut virtus elli in rafano: aut
rafanus cũ diſpõne: ſi non timeat̃ virtutis debilitas: ⁊ al/
terantia ſunt minus frigida. ⁊ dieta mediocriter groſſa: ⁊
in fine balneabis vt ſuperius dictũ eſt. ¶ Et cura ꝓpria
quartane cõtinue eſt cura ipi⁹ ĩterpollate iam dicta. dr̃ns
ab ea in quãto: nõ in ſpẽ vt ſupra in quotidiana eſt dictu3.
Et eſt in ea declinatio ab equalitate ad ĩfrigidationẽ in il
lis quatuor debet eſſe magis ꝓpter fortitudinem ⁊ adhe/
rentiã febris. Sic in digeſtiõe eius miniſtret̃ ſirupus ace.
cum ſemibus ⁊ geleniabin cu3 aqua de radicibus equali.
Et in minoratiõe materie ipſius cum ꝓprys miſcent̃ vio.
tamarindi. ⁊ ſimilia. Et flomia in hac eſt magis cõueniẽs
ꝓpter cõprehẽſionẽ materie eius in venis. Et ſubtiliatio
regimis maior cum minori licentia in carnib⁹ ꝓpter bre/
uitate3. ¶ Syrupus ex inuentiõe noſtra efficax ⁊ expert⁹
ad quartana3 colericã quo curauimus plures ⁊ vnũ quin
quaginta annoru3 qui paſſus fuerat eam annis quatuor.
Recipe calendule: lauendule pinpinelle. lupu. quinq3 fo/
ly: trifoly: lingue arietis: capil̃. vene. endiuie cum radici/
bus: boraginis: fumi terre: radicu3 bugloſſe vtriuſq3: ⁊ flo/
rum earum: cicoree epatice: bedeguar: quercule maioris
⁊ minoris: capparorum recentiũ: ⁊ corticum radicũ eorũ:
corticũ ſemis tamariſci: ſcolopẽdrie cum radice. añ. M. i.
vio. floꝝ boragis. añ. ℥. y. prunoꝝ: ſeueſtẽ. añ. xxv. ſene cuſ/
cute: thimi: epithimi: aniſi: feni. ana. ℥. ſ. liquiritie paſſula/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0465-3

rū:ſticados.aā.ʒ.ß.ordei mūdi.p.i.ſeminū cōiū:corticū ci/
tri.aā.ʒ.ij.ſgnāti.ʒ.ij.gnqʒ radicū cōiū reſidētiū ī aceto.ʒ.
ij.p̄dcā bulliāt in aq̄ lib.vi.vſqʒ ad mediū:deide colent̄ ꝛ
colature addat̄ ſucci bugloſſe:ſucci pomoꝝ dulciū.aā.lib.
i.ꝛ.ß.Et diſſoluant̄ in eis çuccari lib.ij.ꝛ mellis ro.li.ß.ace/
ti p̄dcāꝝ radicū.ʒ.iiij.ꝛ aromatiçent̄ cū ſandal.ʒ.i.gar.li/
gni aloes.aā.ʒ.ß.doſis eſt.ʒ.ij.mane cū tepida. Et ſ̄uato p̄
dicto regie cū digeſta mā appuerit:purget̄ cū pillīs de la/
pide laçuli ꝛ de epithimo ꝛ fumi terre: ꝛ eſt efficax ſi xp̄s
voluerit.¶ Aliū ſirupū gnālē ad q̄rtanā oppilatiōeʒ ſple
nis ꝛ oēs egritudīes mēlicas quē ſup.caplo de ſoda deſcri/
pſimus.Et pillas efficaces caplo de elleboro. Syrup⁹ la/
xatiu⁹ ad q̄rtanā ſ̄m deſcriptōeʒ Andromaci in antidota
rio ſuo magno ꝯueniēs poſt digōnē mãe.Curat.n. in bina
aſſumptōe ꝛ ſum⁹ expti ipʒ. ℞.cauēdule:lauēdule:pipinel
le:bugloſſe domeſtice ꝛ ſilueſtris:lupuloꝝ:boragīs:ſcario
le cū radice calamēti:cicoree ep̄ice:bedeguar:camedreos
camepitheos:capparoꝝ recētiū cū radice.aā.M.i.agari/
ci.ʒ.i.polipody.ʒ.iij.aniſi:fen.aā.ʒ.ß. ſeueſten prunoꝝ.aā.
xl.papaueris albi:viol.floꝝ boragīs:ligritie.ſticados.ara.
aā.ʒ.ß.paſſulaꝝ enu.lib.i.ꝛ.ß.ordei mūdi.p.ij.ſeminū cōiū
.ʒ.ij.radicū feni.ſparagi ꝛ bruſci.aā.ʒ.i.ſucci bugloſſe dōe/
ſtice ꝛ ſilueſtris depuratoꝝ.aā.lib.i.ꝛ.ß.ſemis acetoſe:por
tulace.aā.ʒ.ß.aceti fortis lib.ß.ſucci pomoꝝ dulciuʒ lib.i.
aq̄ lib.iij.Stent oīa iſta in aq̄ ꝛ ſuccis p̄dcis ſil' p dieʒ ꝛ no
cteʒ.deide coq̄nt̄ cū facilitate vſqʒ ad ꝯſumptōeʒ medie/
tatis.poſtea colent̄ ꝛ colature addant̄ mell' diſpumati li.
ij.dyaboriginati lib.ß.Et in ꝯcoctōe ei⁹ bulliāt in pecia ra
ra:epithimi:foliculoꝝ ſene.aā.ʒ.ß.ell'i nigri rep̄ſſi cuʒ ace/
to aur.ij.lapidis laçuli loti cū aq̄ bugloſſe vicib⁹.xv.aur.i.
cro.ʒ.i. lapidis armēi rep̄ſſi ſ̄ʒ artē.ʒ.i.ꝛ.ß. ligni aloes gar.
aā.ʒ.ß.ſandal.citri.ſpody.aā.ʒ.ij.gallie muſ. coralloꝝ.aā.
℈.ij.doſis.ʒ.iiij.cū cal'a in aurora.Eſt.n.efficax in q̄rtana
mēlica.Si vō fuerit col'ica:loco mell' ponat̄ çuc.lib.i.çucca
ri vio.lib.ß.ſucci endiuie depurati.ʒ.viij.ꝛ in decoctōe ad
dat̄ mirabo.citrinoꝝ ꝛ nigroꝝ.aā.ʒ.i.Gal.ingt ſanaui plī/
mā gentē a q̄rtana.dedi.n.eis in potu poſt digōneʒ ſoluti/
uiʒ:deide dedi in potu ſuccū abſinthy:deinde tiriacā. Et
dico aſſa ꝛ pip ſumpta cū aq̄ cal'a ſingula ſūt iuuatiua val
de gn̄ appet digō ꝛ p̄uenit ſtatus.¶ Itē pill'e.expte ſ̄m iu
deū ad ip̄am. ℞.tiriace noue ꝛ myrre electe q̄ʒtū ſuffic̄ ad
cōfectionē tiriace:ꝛ īforma pill'as de qb⁹ ſumat patiēs.v.
ieiuno ſtō:ꝛ poſt vini auſtū boni:oī die aā poxiſmū ſumat
.i.cū īcipit frigere.ꝛ aliq addūt nigellā ꝛ aſſam.¶ Potio
expta ad q̄rtanā ꝛ eſt Archig. ℞.fenu.ligri.çin.aā.ʒ.i.bul/
liant in optimo vīo vſqʒ ad tertiā de quo ſumat patiēs oī
mane ciatū.i.Et ex exptis eſt vinū decoctiōis dyptami:ꝛ
ex ell'ys exptis ſ̄m Nicolaū eſt dyaciminū:metridatū:et
muſa:ꝛ reges:ꝛ cōfectio de muſto dulci. ¶ Cōfectio ell'y
ex iuentōe nr̄a ꝯferēs fe.q̄rtane ꝛ oīb⁹ egritudīb⁹ mēlicis.
℞.doronici.macis:been albi ꝛ ru.cimini curati: cinamōi.
aā.ʒ.ij.ſpice gari.aā.ʒ.iij.ſe.acetoſe: bugloſſe ꝛ melliſſe ſe.
tamariſci.aā.℈.ij.folioꝝ roſ.ſandaloꝝ magagir:ligni alo
es.aā.ʒ.ß.margaritaꝝ coralloꝝ al.aā.ʒ.ß.floꝝ boraginis ꝛ
bugloſſe.aā.ʒ.ij.croci.ʒ.ß.oſſiū de corde cerui.ʒ.ij.Confice
cū ſirupo de cortice citri:radicū feni.ꝯcoctōis ī aqua diſtil
lata ſcolopēdrie ꝛ ſucco pomoꝝ dulciū.aā.equaliū ptiuʒ:
çuccari tabarçet qd̄ ſufficit.Et adde ambre crude.ʒ.ß. fo/
lioꝝ auri:numero.x.Et eſt expertū per xp̄i gratiaʒ.

Alien⁹ ait.Si deīn gntana aliq̄ ē febris put hyp.
g dixit in epidimys cuʒ ait ꝙ ſeptena eſt plixa:ꝛ nō
eſt mortifera.ꝛ nona eſt lōgior ea ꝛ nō eſt mortife
ra:ſupple q2 eſt lōgioris gēris. Quartana ē deterior febri/
um eo ꝙ fit aā ptiſiʒ ꝛ ethicā ꝛ poſt ip̄am ꝛ illō: q2 cū feb.
plōgant̄ minant̄ ethicā. Et ī hac febris quartana p̄cedēs
multū plōgata fuit q̄ hūorē diminuit. ꝛ ſic fcā fuit quita/
na:ꝛ eā ſeq̄t̄ ethica.Et q2 hec cōſumit ēt ex ſe hūores:ideo
eā ſequet̄ in gntana. Ait inq̄ʒ.G.Ego nōdū manifeſte vi/
di circuitōeʒ hanc.ſ.gntanā. neqʒ alia gdē viteri⁹ quarta/
na.Si ergo nōduʒ vidit eā:manifeſte nō vidit.Et q2 hyp.
eā poſuit nō negauit:ſed poti⁹ affirmauit:cū poſitio ei⁹ ſit
certa.q2 hyp.diuin⁹.dōʒ eſt ergo nec p̄mittēdū de eiſcāis
ip̄aꝝ ſignis ꝛ medicis.Febris ergo q̄ exacerbat̄ per gntā
diē dcā eſt p hyp.gntanā:ꝛ q̄ per ſextā ſextana. ꝛ q̄ p ſepti/
mā ſeptena:ꝛ q̄ p nonā nona. Accn̄talr tn̄ ſic̄ de quotidia
na:tertiana:ꝛ q̄rtana eſt deīn:nō eēntialr.ꝛ illō q2 cā ei⁹ ꝛ
p̄pe q̄rtane iterior humoralis ꝛ imediata a qua eēntiā ſu/
mit ꝛ ſpēm nō ē in nā gnta ſeu in hūore gnto a mā q̄rtane
ſpē diſtictis cū nō ſit dare illū in corpe.Oēs.n.hūores nā
les ſiue inales ad ſpēs q̄tuor reducunt̄ iā dcās.Sʒ eſt mā
mēlica ex aduſtiōe creata plimū flatis vitrei groſſioris iter
hūores q̄ nō effic̄ ip̄am pp ſui ſpēʒ ꝛ inq̄ʒtū mēlica.ſʒ p ſuaʒ
q̄ʒtitatē ꝛ ſubaʒ magis.Cū.n.ſ̄m ſuā ſpēʒ febrē fac̄ cū q̄ʒti
tate ſua ſufficiēte.ſi qua nihil efficit̄ ſ̄ʒ.G. quartanā febrē
accēdet:ſʒ cū ex aduſtōe ꝯſumēte ꝛ exiccāte fcā fuerit pau
ca ꝛ groſſa pp quartane lōgitudinē trāſiēt ī gntanā:queād
modū fl'a vitreū faciēs quotidianā cū ꝯuenerit vt ſit pau
cū ꝛ groſſuʒ vt ē crudū q eſt groſſior eius poxiſmuʒ facie/
bat tertianū vel q̄rtanū vt ſupra ī quotidiana eſt deīn.Et
quoqʒ ſi ꝯtigat ip̄am mēlicā māʒ ex aliqua cā ſuperxreſce/
re ꝛ abūdare redibit ad circuitionē quartanā:queādmōs
colera cū abūdat fac̄ poxiſmū quotidianū oī die īuadēdo
ꝛ exacerbādo ꝛ poxiſmū tertianū vna die exacerbādo et
alia nō:vt q2 ſit duplex ꝛ triplex.mot⁹.n. tal' ꝛ circuitio nō
īeſt huic febri ab hūore a quo ſubaʒ ꝛ ſpēʒ hn̄t cū ſit ſubm
ꝛ mā ei⁹.iō cū ſit accn̄talis oʒ ꝙ ab aliquo accn̄te īſit ſibi.
ꝛ h q̄ʒtitas ē ꝛ groſſicies ei⁹.ꝛ p̄pide raro ē ꝛ raro viſa nō fre
q̄nter ſic̄ circuitio aliaꝝ.¶ Sʒ dices q̄r pauca col'a ꝛ gro/
ſa ſuā circuitionē p tertiū nō dimittit vt trāſeat in quarta/
nā:queādmodū fl'a ꝛ mēlia.ꝛ cū ēt ſanguis ſit pauc⁹ ſic mo
tū ſinochū nō p̄mutat ī p̄yodicis īterpolatis. Rn̄det Gal/
co illud eqdē ꝯuenit colere pp aptitudinē ei⁹ ad motū ma
iorē q̄ʒ in alys hūorib⁹ ſit.Et illō a caliitate cui q̄ʒtitas mo/
dica nō ꝯdicit ī retardādo niſi multū adeo ꝙ ſi mixtionē
recipiat ēt in ſeip̄a hūoris alteri⁹ groſſi ꝛ fri.vt eſt ī citrina
ꝛ vitellina:vel ex aduſtiōe groſſiciē vt ē in aliqua vitellia
praſſina ꝛ erugioſa ſuū motū p̄priū nō dimittit. Calitas
.n.vincit ī ea ꝛ p̄ualet icitādo ꝛ ꝯmouēdo eā: c⁹ ad motuʒ
p̄priū paucitati ꝛ groſſiciei quā acq̄ſiuit ex illis ī retardā
do ip̄am ex illo ꝛ in ſāguie illud ꝯuenit eo ꝙ loc⁹ ſāguis ē
in venis.Si ergo ꝯtigat ī eis corrūpi illō nō eſt niſi:q2 mī/
te q̄ʒtitatis exiſtit quē nā regulare nō valet. qd̄ oñdit.q2 ī
venis magnis ē corruptio ei⁹ cū ſinochā fac̄.ſi.n. pauc⁹ ſit
nā bene regulabit ꝛ corriget tanq̄ʒ filiū.ſʒ cū ſit mult⁹ ꝛ in
loco cordi p̄piquo ſinochā faciet febrē nō peryodicā nec
īterpollatā:ꝛ p̄pe cū totū inſil' corrūpit̄ ibidē a nā ſil' tota
liter ꝯrelict⁹. ob quā cāʒ ēt ſi extra venas ꝯtigat p̄ter nāʒ
effundi vel corrūpi.ꝛ ī alys p̄uis venis extremoꝝ vnā cō/
tinuā ēt a p̄ncipio vſqʒ ad finē febrē accēdit.Et qdē cū fiet
gntana ex mēlia q̄ mā fuit quartane dōec ſufficiētis fuerit
q̄ʒtitatis nūc fcā pauca ꝛ groſſa pp longā putredinē ꝛ adu
ſtionē ip̄ſi⁹.q2 raro eſt hūor paucus ꝛ groſſus quē nā nō re
gulet nec deueniet in putredinē p̄pea raro fit ꝛ rari⁹ alys.
Ob quā cām nō īcōueniēter.G.dixit ſe ipʒ nō vidiſſe ma/
nifeſte.i.freq̄nter:nec alia vel quaꝝ cā īterior humoralis
nō eſt putrida mā mēlica gntane dimīute magis ꝛ īgroſſa/
ta pp aduſtionē putredis in gntana.Sʒ.G.cū eas īordina
te vagātes cōprehēderit pp tarditatē mot⁹ ꝛ ꝯtingētic ra
ritatē illaꝝ cām duplicē aſſignauit.ſ. trāſitionē hūoris in
alium per aduſtionem vt dictuʒ eſt: queādmodū ſanguis
putreſcens in melācoliā ꝛ colerā trāſit.ꝛ diete delictū trā
ſitionis humoris in alium.cauſam propriam dare oportet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0466-9
DFG

quintane. Delictum vero diete ſextane ⁊ alijs ſubſequentibus aſſignare. nõ. n. h̃ ex hũore gñato ex trãſitione fieri poſſunt: eo q̄ nã hũorez ad tãtã puitatẽ reductũ atq; groſſiciem regulare ↄſueuit taliter ne in putredinẽ icidat: qm̃ imo pus reſoluet ip̃m ex corpore vel digeret vel mãifeſte expellet. ¶ Signa ſũt oĩum aliaꝝ pcedens q̃rtana ⁊ alie fe. lõge: ⁊ mot⁹ ⁊ circuitões dicte. ¶ Et cura q̃ntane i epidimys eſt ppinq̄ cure q̃rtane ex flatis aduſtiõe: dĩns tñ ab ea: qm̃ in hac idigem⁹ rectificatiõe regis ⁊ ſubtiliatiõe diete cibi ⁊ pot⁹ maiori: ⁊ q: breuis eſt pp paucitatẽ mãe. Et q: oz icitare nãm ↄ̃ ip̃am digerẽdã ⁊ reſoluẽdam: ſʒ pp groſſiciẽ plõgantem oportere videat̃ regimẽ igroſſare ne deficiat v̄tus. Et q̄dẽ cum ſit ↄ̃rietas iter hoc docuit Abo. hãc viã ⁊ dictã eſſe tenẽdã: nec cũ alteratiuis f̃ris eẽ curãdam ip̃az ⁊ alias ne reſolõnẽ ipediat. Et ẽ q: cũ febris ip̃a nocumẽta nõ faciat accidere in v̄tute ſubtiliem⁹ regimen ⁊ faciam⁹ aliq̃diu abſtinere ifirmũ ⁊ vti ieiunio ad icitãdum nãm ad mãm digerẽdã ⁊ reſoluendã. Et ſi v̄t⁹ debilitat̃ ex eo alio tpe ſuccurram⁹ cũ cibatiõe ita vt cibem⁹ cũ eo c⁹ nutrimẽtũ eſt bonũ: facilis digõnis: nec ẽ in eo additio mãe nec igroſſatio. Et de curõnib⁹ ↄ̃ferẽtib⁹ ad reſolõnem mãe ipſi⁹ ẽ vomit⁹ cũ ell'o: ſeie rafani: ⁊ rafano. ⁊ ſeie elli: ⁊ ſeie atriplicis ⁊ nuce võica: ⁊ digõ cũ oximelle ſq̃lliticọ: ⁊ eño: deide cũ yeris: ⁊ poſt ip̃az cũ balneo: ⁊ miſtratio tyriace ⁊ alioꝝ ſiliũ ſupradictoꝝ. ⁊ tũc ↄfert ſudare ſuper medicinas ⁊ balneũ abſq; miſtratõe hũectãtiũ p̄dictoꝝ. His ergo p̄miſſis per ordinez vt eſt dictũ ſanabit̃ patiens ſi xp̄s voluerit qui ſit benedictus.

¶ Cap'm. vi. de medicinis feb. peſtilentioſarum ⁊ eorũ que ex genere ſunt illarum.

Uperius dictuz eſt q̄ ſi putredo ab epidimia ſeu
s peſtilẽte aere in hũorib⁹ corporis ſit ipreſſa fe. i putredine tali exñs peſtilẽtia dicet̃. Cũ. n. triplex ſit morboꝝ gen⁹. ſ. diuerſus: vndimial' ⁊ epidimial'. vt cõmẽtator inuit. h. ⁊ Alexãdrin⁹. Diuerſus morb⁹ eſt q̄ ex malitia regis pueni: q̄ cũ in diuerſis hoĩb⁹ ſit diuerſus quo ad diuerſas res nõ nãles ⁊ cibos ⁊ potus magis diuerſos gñabit morbos in eis q̃les ſũt febres dicte iã ſup̃i⁹ ⁊ alie egritudines multe. Undimial' eſt q̄ ex aliq̄b⁹ diſpõnib⁹ aq̃ vel terre gñat̃: ⁊ gẽtib⁹ cõmorãtib⁹ ibidẽ ſunt p̄prie vt dixit Abo. ſicẽ neapolitanis plimis podagra pp hũiditatez terre ⁊ auſteritatẽ ipſius. Et eoꝝ q̄buſdã nigredo dentiũ p̄pter aquã ſalmaſtrã. Et ſic ianueſib⁹ tuſſes ⁊ catarri: ⁊ meſſanẽſibus ẽt pp borealitatẽ terre ip̃oꝝ: q̄r i via p̄uiſiõis ianuenſes circundãt veſte eoꝝ colla ⁊ guttura ⁊ vtunt̃ papauere ⁊ meſſanẽſes coriãdro ⁊ ſiſamo. Epidimial' ẽ q̄ a mutatione aeris in q̃litate vel ſuba gñat̃. Quẽ ſic notificat Cõſtãtinus. Morb⁹ epidimial' eſt morb⁹ ſubito multis ſil' eodẽ q̄ tpe igruẽs hoĩb⁹. Ex quo iter eos dĩa notat̃. dixit. n. q̄ ẽ morb⁹ igruẽs ſubito ad dĩaz vndimial' q̄ plib⁹ ſil' venit: nõ tñ ſubito. ſʒ paulatiʒ. ⁊ hoc pp debilitatẽ iprimẽtis cãe. fortioris. n. ipreſſiõis ↄſtat eſſe aerez q̃ȝ terra ⁊ aq̃. dixit. n. h. maxie alterãs aer eſt. dixit quoq; multis ſil' eodẽq; tpe igruẽs ad dĩam morbi diuerſi q̄ nõ ẽ mult⁹ ſil': neq; i eodez tpe accidit: ſʒ diuerſus i diuerſis hoĩb⁹ ⁊ tp̄ib⁹. Talis ãt mutatio in aere epidimicũ faciẽs ip̃z vl' peſtilẽtẽ tripl'r accidit. vno mõ a cã manifeſta vt a mutatõe tẽpoꝝ pluum vel vni⁹ ⁊ magna vt hyp. i tertio affo. oñdit cũ ſm̃ ip̃m annus ſan⁹ ſit cũ tpa ſũt moderata ⁊ tpal'r reddita: vt q: ver ſit tẽpatũ ad caliditatẽ tñ ſubtilẽ parũper ↄ̃clinãs ſopitã et hũiditatẽ. Et q: ſint pluuie tpate: eſtas calida nõ valde neq; oĩo abſq; pluuia: ⁊ autũn⁹ tẽperatus iter eſtiuas ⁊ pluuioſus. Multe. n. pluuie ſecuros nos reddũt ab egritudibus autũnalib⁹ dixit abo. ⁊ hyems f̃ra: nõ tñ p̃limuʒ: ⁊ i pluuia tpata: ſi pp vẽtos ⁊ pluuias mutet̃ a ſua nã pp aliquã ↄ̃ſtõnẽ ſiccã vel aliã ad ↄ̃riã nõ emẽdãs ⁊ p̄turbãs ⁊ diſtemperans magis: vel q: ſit vnũ tp̄s ieq̃le vt autũnus gñabunt̃ egritudies peſtilẽtiales vl' epidimice q̃s hyp. i tertio affo. dixit: vt ſũt fe. acute: diſinterie: obtalmie: apata: morbilli: variole: ↄ̃ſudatões: paſticia: vlcera: ylien: ⁊ ſiles alie quas narrauit ibidẽ. ¶ Scðo mõ accidit a cã occulta vt ex ↄiũctõe ſtellaꝝ iprimẽtiũ in aere q̃litates mortiferas: q: caliditatẽ ſupfluã reſoluentẽ: vel f̃raʒ cõgelãtẽ ⁊ hũidã ſuffocãtem vel ſiccã ↄ̃ſumẽtẽ nãm nr̃i corp̃is. Quapp deficiũt a regie nr̃i corp̃is hũores: q̄r putreſcũt ⁊ febres accẽdũt plimũ ⁊ alias egritudies. Et q: nr̃is ſenſib⁹ talis cognitio eſt ignota dixit Abo. Peſtilẽtia in aere accidit q̃nʒ ex formis celi quaꝝ euẽtus ignorat̃. cognoſcit̃ v̄o q: volatilia cadũt ſubito mortua ſup terrã. ¶ Tertio mõ accidit tal' mutatio epidimial' ſeu peſtilẽs in aere ex q̄buſdã diſpõnib⁹ terre vna mãifeſta: alia v̄o occulta. manifeſta. q: ſit terra p̄fũda: lacunal': lutuoſa ⁊ fetida: q: ſint ibi gurgites ⁊ ſtagna: ⁊ herbaꝝ venenoſaꝝ p̄ductiua: vel i e⁹ ſupficie remãſerũt funera mortuoꝝ mlta i p̄lio nõ ↄbuſta nec tumulata. Occulta v̄o q: in cauernoſitatib⁹ ei⁹ lateãt miere: male putredines: ⁊ aĩalia venenoſa q̄ nr̃is ſenſib⁹ ſũt occulta. Quare dixit Abo. q̄ accidũt in aere q̃nʒ putredies ⁊ peſtilẽtie ex cãis terre q̃ꝝ euẽt⁹ ignorat̃. Cui⁹ cognitio ẽ: q: aq̃ ſũt iſfecte: ⁊ aĩalia in eis hitãtia ⁊ ſub cauernis fugiũt ſupra terrã ⁊ iueniunt̃ mortua hic ⁊ ibi. Ex q̄b⁹ oĩb⁹ fumi ⁊ vapores putridi reſoluti aerẽ aſcẽdũt tracti a caliditate ſolis vel a diſtantib⁹ p̄tibus aliq̃n vẽto portat ad ip̃m vt a p̄tib⁹ ethiopie vſq; ad terrã galieni tepiditate ei⁹ corrupti ⁊ mixti aeri ex ſua nã iputreſcibili pp ſimplicitatẽ ip̃m ificiũt ⁊ reddunt corruptũ ad modũ corruptõis aq̃ remollitõis fetide vt eſt aq̃ in q̃ remolliunt̃ ad maturationẽ canapes ⁊ lina: vt dixit Abo. Et q̄ iſtis duabus vltimis cãis accidit aeri diſpõ epidimiaca ſeu peſtilẽs ait. h. Quas ↄ̃ſtãtin⁹ aduertens notificauit epidimiã ſic. Epidimia ẽ mutatio aeris i putredinẽ vel i peſſimã q̃litatẽ. maxie v̄o pp vltimã cãm ⁊ corruptionẽ ſubẽ vt innuere videt̃ abo. cũ dic. Peſtilẽtia eſt corruptio adueniẽs ſeu accñs aeri ſil'is corruptõi aq̃ remollitõis fetide. qð eq̄dẽ ↄfirmauit cuʒ dixit. q̄ febris peſtilẽtialis plimũ eſt p̄dẽs: ſi nõ ſit ↄfirmata putredo. q̄ ſi ↄfirmata fuerit ẽ mortal'is oĩo. Qz ẽt ↄfirmare vĩ ↄ̃mentator. Jo. alexãdrin⁹ cũ diſtixit morbũ epidimicũ in mortificationẽ añ ⁊ in mortificãtẽ. ⁊ cã eſt q: talis aer corruptus in ſuba nõ ſolũ corrũpit aĩalia. ſʒ ẽt vegetabilia. Calefact⁹ v̄o ⁊ iſrat⁹ plimũ nõ corrũpit: ſʒ alterat ⁊ imutat: q̄r ſapit de nã vndimici: nõ epidimial': ſʒ peſtilẽtis. ſũt. n. hec ſinonima iter ſe dĩa ſic gen⁹ ⁊ ſp̄es. Qð inuit ↄ̃mẽtator Jo. epidimiaꝝ cũ diuidit alias epidimicũ morbũ dicẽs. Morb⁹ epidimic⁹ ali⁹ ẽ ſalubris: ali⁹ peſtilẽs. Cũq; aer ſit in ſuba corrupt⁹ ſcũs peſtilẽs corp̃a nr̃a ↄtigit ifra oĩa q̄ diſpoſita iueniunt̃ ei⁹ ipreſſiõi: q: ſint debilitata ex multo coitu p̄prie: ⁊ malis plena hũorib⁹: nõ bñ trãſpirabilia: q: dẽſorũ poroꝝ dilatatoꝝ multe dilatatiõis ⁊ exercitij addẽtiũ ad neceſſitatẽ ⁊ ad attractionẽ multã aeris p̄pus idiſpoſita p̄mittẽs ⁊ p̄ueit iſpirat⁹ p anhelituʒ. ⁊ p poros attract⁹ ad cor ⁊ p̄mo ↄ̃plõnẽ ſp̄ũs q̄ eſt i ip̃o. ⁊ putreſcit ſãguis ⁊ ſp̄ũs q̄ eſt circũdãs ip̃ʒ vt q̄ eſt i arterijs ⁊ venis circũdãs ip̃m pp diſpõnẽ ſuã. Jnq̄t. n. h. nulla cãꝝ actiaꝝ agere apta nata ẽ ſine patiẽtis aptitudie: ⁊ aptitudo ei⁹ eſt: vt q: ex mal' ſit gñat⁹ cibarijs. Ait. n. ip̃e. nulli dubiũ ẽ malũ cibũ malũ gñare ſãguinẽ: ⁊ malũ ſãguinẽ malũ gñare morbũ. ⁊ cibarijs cacochimijs in eo multiplicãtib⁹ aquoſitatẽ: ⁊ hũorẽ crudũ. vñ. h. dixit. abſtinere aũt oʒ a cacochimijs edulijs. manet aũt in venis diu ex eis aggregat⁹ hũor qui cuʒ aliqua occaſiõe i putredinẽ venerit febres operat̃ mali hũoris q̄ p̄prie ſũt peſtilẽtes: ⁊ accendit̃ caliditas egreſſa a nã ⁊ ſpargit̃ in corpore toto cũ cõtinuitate abſq; itermiſſiõe Si. n. putredo q̄ in venis ⁊ q̃patibus cõtinuaʒ febrẽ accẽ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0467-5
DFG

dit.qꝛ ꝯtinue putridã fuliginẽ mittit ad coꝛ:multo magis
hec ꝯtinuã faciet cũ ſit fundata in ſpũ cordis in coꝛpe ei⁹:
qḋ cir. ũdando ſemꝑ attigit.ꝛ ſic fiet febꝛis peſtilẽtialis a
tali cõplemẽto iter putridas nũerata.lȝ pͥma cã ſit effime
ralis ꝛ ꝓcatartica:vt eſt dcm̃ ſupͥ⁹.ꝛ trãſit de coꝛpe in coꝛ
pus diſpoſitũ maxie ſi in loco arto vel ſub vẽto locet̃.ſic ꝛ
alij moꝛbi cõtagioſi:vñ.G.ait.ꝛ demũ vicinari his qui pe
ſtilentiã patiunt̃ fallax eſt. ¶ Signa fe. peſtilẽtialis ſunt
ei⁹ cãe q̃ ſunt ſigna ipſi⁹ fe.Signoꝝ aũt peſtilẽtie q̃dã ſu
munt̃ a cã:q̃dã ab effectu.a cã.nã a cã ꝓuenit itẽtio diſpõ
nis ꝛ febꝛis vt dixit Abo.Et ſũt.nã ſiqdem cã peſtilẽtie ſit
manifeſta ꝛ tꝑalis videbis tꝑa mutata valde a nã ſua ꝛ in
eq̃lia fieri ꝛ autũnalia:qḋ eſt qꝛ multiplicãt̃ in pͥncipio au
tũni vſq ad ei⁹ pl̃imũ.ꝛ videbis curſum ſtellaꝝ ꝛ flãmas
ignis multas i aere cũ multa ieq̃litate.ꝯiter i eſtate ꝛ in
poſtremo ei⁹ magis.Et videbis paucitatẽ pluuie in ṽe pre
cedẽte ꝛ frigoꝛe:deĩde ml'tiplicabit̃ auſter ꝛ turbabit̃ aer
aliquot dieb⁹:deĩde clarificabit̃ ꝛ accidet in die caliditas
multa:ꝛ in nocte frig⁹:vel ẽt ſi nõ ſit multe cal'itatis.ſȝ eſt
multe ieq̃litatis ꝛ turbatiõis ex nebul' exiccatis ita vt ex
pectet̃ pluuia ꝛ nõ pluit:ꝛ in aeris velamib⁹ fiũt pluuie ſi
cut puluis ꝛ pruina.tũc.n. indica peſtilẽtiã. Et cũ hyeme
accidet:lȝ raro videbis multiplicare auſtrũ ꝛ ſubſolanum
dieb⁹ aliquot:ꝛ turbinem magnã donec expectet̃ pluuia:
ꝛ nõ pluit.tũc.n.cõpl'o aeris erit coꝛrupta. Et cũ accidit in
vere:lȝ rariſſime:qm̃ eſt ſaniſſimũ de ſe ꝛ mĩme moꝛtifeꝝ
vt dixit hyp.tꝑs erit auſtrale ꝛ multe cal'itatis vel frĩtatis
ꝛ ſiccitatis:multiplicant̃ variole ꝛ moꝛbilli ꝛ raro fe.ꝛ cũ
ſit erit ꝑuiſſima vt hyp.dixit.Si ẽt ſit putredo ꝛ coꝛruptio
terre in ea cũ fetoꝛe videbis putredines dcãs ſupra:ꝛ erit
in eis fe.appꝛehẽſa.Sȝ ſi q̃dẽ cã peſtilẽtie ſit occulta ſigna
ipſi⁹ ab effectu ſũt ſumẽda. ꝛ ſunt qꝛ videbis aĩalia gñata
ex coꝛruptiõe multiplicari i terra vt vermes ranas ꝛ mu
ſcas.ꝛ ſi ſit a cã ſubterranea videbis reptilia habitãtia i ca
uernis exire ad ſupficiẽ terre ꝛ dimittere oua ſua. ꝛ aliq̃
m.xxi.Et ſi eſt a cã celeſti ſĩl'r volatilia. ¶ Signa ṽo ipſius
fe.pͥma ſũt q̃ ab eẽntia ei⁹ ꝛ a q̃litate mutata ad tactũ ſu
munt̃.Et ſunt qm̃ vt dixit Abo.cal'itas ei⁹ ẽ vehemẽs inte
rius ꝑturbãs ꝛ iflãmãs:exteri⁹ ṽo ſuauis:eo ꝙ ſuã radicẽ
hȝ itra coꝛ vt in ſpiritib⁹ ei⁹:ꝛ extra ipm vt in hũoꝛib⁹ cir
cundãtib⁹ ipm:ꝛ ꝓinde ꝑturbat⁹ eſt ꝛ ꝑdẽs pl̃imũ. ꝛ ꝓpͤ
cũ putredo ei⁹ fuerit ꝯfirmata q̃ ex fetoꝛe anhelitus hȝ co
gnoſci.tũc.n.cũ deiciat ṽtutẽ vite ſpm̃ ꝛ caloꝛẽ ĩnatum ad
exterioꝛa fe.expãdi nõ valȝ.vt ea iflãmet valde. Et ꝓin
de exteri⁹ eſt ſuauis adeo:vt qñq de his febꝛib⁹ peſtilen
tialib⁹ ſit a cã in q̃ nõ ꝑcipit eger:nec tangẽs ꝓpinqu⁹ mul
titudinẽ caloꝛis.Et nõ alterat̃ pulſus nec vꝛina alteratõe:
ĩmo qñq eſt vꝛina ſana ꝛ ĩfirm⁹ ad moꝛtẽ veloceȝ tendit.
Et heſitãt medici in eẽ ei⁹: qḋ equidẽ cõtigit ꝑꝑ debilita
tem caloꝛis ꝛ ſpũs i radice nõ potẽtis ſe extẽdere ad exte
rioꝛa in qb⁹ ꝑcipi hȝ caloꝛ ꝛ pulſus.ꝛ ꝑꝑea nõ appet multũ
alterat⁹:qꝛ velox ꝛ ſpiſſus:lȝ cal'itas iteri⁹ multa ſit a q̃ pl̃i
mũ talis pulſus ꝓcedit. ¶ Sȝ q̃re vꝛia in eo ſana ſit Abo.
euidẽter oñdit cũ dixit.Et ipares nõ eſt ṽt⁹ nutriendi tm̃:
ita vt dicam⁹ q̃diu ṽtus nutriẽdi affuerit erit viuũ. ꝛ cũ
deſtruet̃ erit moꝛtuũ:qm̃ hoc ipȝ verbũ ſi ṽtuti afferem⁹
nutritiue.foꝛtaſſe.n.plerũq remanebit ei⁹ opatio in cͦpe ꝛ
venis:ꝛ mẽbꝛũ.ſ.coꝛ tendit ad moꝛtẽ.Et q̃deȝ vehemẽtia
ei⁹ iteri⁹ cũ ipotentia expãdẽdi ad extra cognoſcit̃ cũ re
ſpiratõe grãdi ꝛ cal'itate ꝑcepta in ea cũ ingetudie ꝛ angu
ſtia.Qḋ eſt qꝛ magnitudo anhelit⁹ ꝛ latitudo pectoꝛis mi
noꝛat̃ ꝛ coartat̃ ꝛ eſt ſitis ꝛ ſiccitas ligue cũ nigredie mul
ta:cũ puſtulis in labijs ꝛ alcolla in eis ꝛ ligua .Et ex ſignis
eius duo ſũt q̃ ex actõe leſa ſumant̃ cordis pͥncipal'r patiẽ
tis in ipa vt ẽ debilitas:tremoꝛ coꝛdis:ꝛ pulſus ꝛ anhelit⁹
ſm pl̃imũ fit freq̃ns ꝛ paru⁹ ꝛ fit vehemẽs in nocte: ꝛ aug

mentat̃ cũ ſua magnitudie febꝛis h⁹ ꝛ incẽſiõe ſuoꝝ acci
tiũ ꝑducit ad ſincopim:frĩtatem extremoꝝ.ſpaſmũ ꝛ alcu
çeç.Et ex leſione accidẽtiũ alioꝝ mẽbꝛoꝝ cõpatientiũ illi
ex vicinitate ꝓpinq̃.qḋ eſt qꝛ accidit tuſſis ſicca:foꝛtis ma
litia anhelit⁹ ꝑꝑ cõpaſſionẽ pectoꝛis ꝛ pulmonis ꝛ ſiccita
tẽ.Et accidit doloꝛ oꝛis ſtõi nauſea ꝛ caſus appetit⁹ ꝑꝑ cõ
paſſionẽ ſtõi ꝛ ꝑmixtio rõnis vigilie vel ſubeth ꝑꝑ vicini
tateȝ ꝛ colligãtiã cerebꝛi ꝛ magnitudo ſplenis.Et qñq ac
cidit diſpõ ſic ydropiſis ꝑꝑ cõpaſſionẽ ſplenis ꝛ epis colli
gantiã ex vicinitate lõginq̃.qḋ eſt qꝛ accedit coꝛpis molli
ficatio:tepoꝛ:ꝛ debilitas ipſi⁹ in q̃ ſtat vt nõ loq̃t̃ nec ſen
tiat ꝛ accidit vt plurimũ paſtitia. Et aliq̃n bothoꝛ ſubal
bida ꝛ rubea ꝛ liuida:q̃s papulas vocat vulg⁹:ſi i toto coꝛ
poꝛe ſit diffuſa:ꝛ apata mala ꝛ fraudulẽta.ꝛ qñ ẽ velocis
appitõis ꝛ velocis occultatõis.Et ex ſignis ei⁹ tria ſũt q̃ ſu
munt̃ ex exeũtib⁹.qḋ eſt qꝛ egẽ ẽ leuis,nõ nãl'.qꝛ ſpumoſa
fetida ꝛ liq̃fcã ꝛ vnctuoſa:ꝛ qñq ẽ ml'ica:ꝛ accidit qñ flu
xus vẽtris colic⁹ ꝛ alioꝝ hũoꝝ: ꝛ ml'totiẽs euomit patiẽs
ml'iaȝ ꝛ col'am poſt illã.Et vꝛia ẽ aquoſa vel colica vl' ml'i
ca in pͥncipio ꝛ i ꝓceſſu ſana:ꝛ ſudoꝛ ſi adſit ẽ fetid⁹.Et ſũt
pl̃imũ q̃ emittũt̃ fetida ꝛ coꝛrupta. ¶ Cura. Medicatio
ꝯueniẽs huic fe.ſic̃ ꝛ alijs peſtilẽtialib⁹ moꝛbis ẽ ſm dupli
cẽ modũ.ſ.ꝓſeruatiuũ ꝛ curatiuũ. Cũ.n.caꝝ diſpõ duob⁹
modis exiſtat.qꝛ aut putredo ei⁹ exiſtit ꝯfirmata i coꝛde:
ꝛ tc̃ ſimpl'r ẽ moꝛtal':aut nõdũ ẽ ꝯfirmata:ſȝ ẽ i via vt ꝯfir
met̃. ꝛ ꝓpͤ qꝛ peſtilẽtia nõ ceſſat ipꝛimere: ꝛ diſpõ coꝛpis
ſit apta recipe.quo caſu ẽ poſſis cura:vt ſupͥ⁹ dcm̃ ẽ.Ergo
cura ꝯueniẽs moꝛbo exñte i fieri dr̃ eẽ ꝯmixta ex cã cura
tiua ꝛ ꝓuiſiua.Et.G.oñdit ꝓ tãto ꝙ medicatio cõueniẽs ꝛ
ꝯpleta huic fe.oꝫ ꝙ ſit ſm duplicẽ modũ:curatiuũ ꝛ ꝓuiſi
uũ:maxie cũ malitia peſtilẽtie tã grãdis ſit vehemẽtis i
ꝑſſiõis ꝙ dominiũ reꝝ neĉariarũ ſolũ ſupexcedit ipſſionẽ
vt.G.dixit.Oꝑȝ ergo curãdo ipſſionẽ ei⁹ ſeu moꝛbũ ipſius
ab ea ſĩl' ꝓuidere ꝑiculũ ipſſiõis ipſi⁹ ne ad terminũ ꝯfir
matiõis attigat. Ingt.n.hyp.nõne illi⁹ ẽ vt futuꝝ ꝑiculũ
oĩo ꝓhibeat vel ſaltem ꝯpetẽti ãminiculo tolerabili⁹ fiat.
Ut ergo vtrũq modũ ꝯphẽdam⁹ ſĩl' ſcias ꝙ medicatio
taliũ febꝛiũ i q̃tuoꝛ reb⁹ ꝯſiſtit.In abſciſiõe cãe alteratiõe
febꝛil' diſcraſie: i regie cibi ꝛ pot⁹ ꝛ aliaꝝ reꝝ nõ nãliũ: ꝛ i
accñtiũ coꝛrectiõe.Abſciſio cãe ẽ pͥmitiue añtis ꝛ ꝯiũcte.
pͥmitiue abſciſio ꝛ añtis ad modũ ꝓuiſiõis ꝑtingit.Cõplet
aũt dupl'r cũ his q̃ auferũt cãm pͥmitiuã ꝛ aerẽ peſtilẽtẽ
pͥmo.ſcḋo ṽo cũ his q̃ abſcindũt cãȝ añtẽ ꝛ coꝛpis diſpõnẽ
Cãe pͥmitiue aeris peſtilẽtis dupl'r fit ablatio.vno mõ mu
tatiõe patiẽtis de regiõe i regionẽ: vel de ciuitate in ciuita
tẽ ſi poſſe ẽ:ꝛ ꝓpͤ ſi ex foꝛmis celi ꝓueniat peſtilẽtia:cũ
nõ ꝯmode poſſe ſit al'r remediatio ei⁹ niſi rectificatiõe coꝛ
poꝛis ꝛ diſpõnis ei⁹ amotiõe: ob quã nõ euadit oĩo cũ foꝛ
tis ipſſiõis ẽ:vel ſaltẽ vbi poſſe nõ ſit fiat de loco i locũ.Et
ſi q̃dẽ ex cã celeſti euenerit:mutet̃ a loco alto ad locũ infi
mũ ciuitatis vel domus.ſi ṽo ex cã terreſtri manifeſta vel
occulta mutet̃ i altũ . Et cũ nõ ſufficiat ad cautelã ẽ neceſ
ſari⁹ mod⁹ ſcḋs.Et ẽ vt coꝛrigat̃ aer:ꝛ mũdificet̃ ſi ẽ coꝛru
pt⁹:ꝛ alteret̃ quoq ſi i q̃litatẽ peſſimã ſit mutat⁹. Mũdi
ficatõis coꝛrectio hȝ ꝯpleri cũ his q̃ a ꝯpl'one ei⁹ hñt ſubaſ
rectificare ꝛ depurare:ꝛ q̃ a ꝓpͤtate ſil' ꝛ ꝯpl'one. A ꝯpl'one
ſũt ſol' igreſſio i domũ:ꝛ ignis accẽſio. Ingt.n.Abo.ipſe.ſ.
ſol ſolus ẽ q̃ rectificat aerẽ calefactiõe ꝛ exiccatiõe hoc fac
multo magis ignis.Et ex ill' ẽ vinũ vioſũ ãtiquũ odoꝛifeꝝ
cũ ex eo nares os man⁹ ꝛ facies abluit̃: ꝛ aliq̃d ſoꝛbeat̃ pu
rificat.n.aĩaȝ ꝛ ſpũs ꝯfoꝛtat vt ꝯ̃ria fugẽt.Sũt quoq frĩa ꝛ
ſicca oĩa q̃ coꝛruptõi reſiſtũt aſꝑſa vallata:ꝛ ſuſpẽſa i cam e
ra ꝛ quoquo mõ locata:vt ẽ acetũ:ꝛ ꝓpͤ acetoſa oĩa:ꝛ ꝓpͤ
cũ aq̃ ro.mixta:ꝛ oĩa exiccãtia aerẽ hũiditatẽ atq putredi
nẽ.a ꝓpͤtate ṽo ſũt odoꝛifera oĩa ꝛ aromatica ſĩl'r ſituata
per eundẽ moduȝ:ꝛ ſuffumigata ꝛ odoꝛata:bibita ꝛ come

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0468-1
DFG

ſta.ſi.n.corruptio vaporem emittat fetidū qui ſpūs īficiē/
do cōtriſtat deicit ꝛ mortificat:odorifera cuꝫ ſint cōtraria
illi:viuificāt ꝛ cōfortant. Sintqꝫ cordialia proportionata
ſpiritib⁹ v̄tutes nr̄as ꝛ calorē innatū q eius eſt inſtrm con/
fortātib⁹:c⁹ eſt ſupflua mūdificare:ꝛ adueniēte peſte ꝛ q̄li
tatis eius nocumētū repellere:vaporē reſoluere atqꝫ ꝯſu/
mere mām ei⁹ vt.H.dixit.maxie ꝯueniētia erūt ꝛ ꝑpa.Et
ex illis ſunt fr̄a exiccātia ꝛ ꝑꝑe cū mutatio eius fit in peſ/
ſimā qualitatē calidā ſiue ex putredine ſiue abſqꝫ:vt ſunt
roſe:mirte:folia ſandali ꝛ cāphora.Et irroratōes cū aquis
eoꝝ mixtis cū aceto ꝑꝑe ꝛ emanatōes ipaꝝ ꝛ aliaꝝ:vt co
riandri:nenufaris:corticū granatoꝝ:piroꝝ redoleſcentiū
ꝛ pomoꝝ ꝛ citonioꝝ ꝛ ebani:Et alkekēgi:tamariſci:ribes:
ꝛ ſilium.ꝛ hoc in ſanis ꝛ febriētib⁹ ꝑpric.Et ex illis ſūt ca
lida ꝛ ſicca:ꝛ ꝑꝑe cū alteratio ſit ī peſſimā q̄litatē fraꝫ:vt
ſunt ex ſimplicib⁹ xiloaloes crudū:thus: ambra: muſcus:
coſtum dulce ſtorax:ꝛ ſandaraca:aſſa.gar.maſtix.ꝛ gluten
albotim.laudanū:mel:ꝛ crocus:iuniper⁹:ꝛ cipreſſus: cipe/
rum:ꝛ ſgnātū: ſauina acor⁹ ꝛ gallia:amig.amare:pulegiū:
origanū:ꝛ laurus ꝑꝑe.Et ex appropriatis ſūt poma:citri.
flores ꝛ folia eius:ꝛ q̄ illi⁹ ſūt generis:vt limones magni ꝛ
parui:qm̄ rectificare hn̄t corruptionē aeris. ſic dixit Abo.
Et ex illis ſūt cōpoſita exiſtis ꝛ ſilia.ꝛ hoc in ſanis ꝛ algo/
ratis nō calefactis ꝛ febriētibus. ¶ Scd̄a cōplet̄ cuꝫ his
q̄ abſcindūt cām an̄cedentē ꝛ corporis diſpōnē. cām an̄ce
dentem vt hūoꝝ eſt repletio ca ochimioꝝ.ſic eūo cū fl/
mia ſi cuꝫ peccato ſanguis fuerit:vel farmacia ſi abſqꝫ.Et
cum cliſterib⁹ vomitibus ꝛ digeſtiuis:ꝑꝑe cuꝫ ſirupo ace
toſo:ꝛ eūonibus cū medicis alys ſudorē ac vrinā ꝑuocāti
bus.Et dieta ſicca ꝛ extenuatiua in oib⁹ quā īfra xpo du/
ce dicem⁹.Corporis diſpōnē abſcidūt rarefactiua ꝛ apiri/
ua maxie q̄ reddūt corp⁹ bn̄ trāſpirabile.ſpūs ꝛ hūores ne
incidāt in putredinē ab ītrāſpiratiōe venti q̄ eſt maxie cā
putredīs ſm̄.H.Et ex illis eſt vſus acetoſoꝝ in cibis ꝛ poti
bus q̄ īfra dicent̄ ꝛ aceti ꝑꝑe cū reſiſtāt ꝑꝑe corruptōi.In
gt.n.Abo.aceto aūt in cibo ꝛ potu vti eſt a nocumēto ipi⁹
aſſecuratio:ꝛ hoc in ſanis ꝛ egris ꝛ febriētib⁹ ac patiētib⁹
ex corruptōe ꝑpric.ꝓſeruat.n.ſanos a peſtilētia oī:ꝛ egros
q ab ea ſunt capti ne ꝑcedat vlteri⁹ īpreſſio eius.Et ex ill'
ſunt ꝯpoſita q̄ hn̄t ꝓhibere putredinē vt eſt metridatum:
tyriaca.Et ex pte.cōfectio ex aloe:croco:ꝛ myrra:an̄.equa
liū ptiū cū ex ea ſumat̄ q̄qꝫ die circiter.ʒ.i.ꝛ ſal' vſus ꝯmē/
dat̄ qd̄ ſitim nō ꝑuocet:ꝛ hoc in ſanis ꝛ patiētib⁹ ex fr̄a q̄/
litate ꝛ corruptione q̄nqꝫ. Abſciſio cāe ꝯiuncte ꝛ hūoruꝫ
putredinis ptinet ad modū curatōis eo q peſtilētia iā im/
preſſit ꝛ corrūpit hūores corporis a qb⁹ morb⁹ peſtilens ꝛ
fe.depēdet cui ꝑꝑe curatio ꝯpetit. Cōplet̄ aūt cuꝫ ꝑdictis
reddētib⁹ corp⁹ ꝛ hūores bn̄ trāſpirabiles. Et cū his q̄ cor
ruptionē ſeu putredinē hn̄t mūdificare a cōplone ꝛ a pro
prietate.Ex qbus ſūt ſimplicia ꝛ cōpoſita dc̄ā ſupra ī cura
fe.ſanguis ex putredie ꝛ cinamomuꝫ:xiloaloes. ꝛ ſilia.Et
ex cōpoſitis mel roſ.ꝛ yera pigra ꝑprie q̄ ex ſanguie duce
re hꝫ hūores putreſcibiles.ꝛ alia ſilia ſuperi⁹ dc̄ā ex dige/
ſtiuis ꝛ ſolutiuis vt ſirupo acetoſo:agarico:ꝛ hmōi.Altera
tio febrilis diſcraſie cōplet̄ cū rectificātib⁹ aeris putredi/
nem ꝛ calitatē.ꝛ cū medicis fr̄is cordialibus cū pncipalr
cor patiat̄ miſtratis iterius ꝛ exteri⁹ ſm̄ oēm moduꝫ q ex
dcis in cura gn̄ali febriū ꝛ cauſonis poſſūt aſſumi.Et ex ap
propriatis ſimplicib⁹ his febribus eſt lutuꝫ armenū.pl'es
.n.iā ſanati ſunt ex peſtilētia magna ꝑꝑ ꝯſuetudinē biben
di ipm̄ in vino ſubtili vt deferat ipm̄ ad cor:ſꝫ ſit mixtum
cū aq̄ roſ.ꝑꝑ febrē. Regimis diete ordinatio in cibis et
potib⁹:ꝛ alys eſt vt cibus eoꝝ ſit ex exiccatiuis in ſanis ꝛ
egris omnib⁹.Qualia ſūt ex granis:ordeaceū:ꝛ ex carnib⁹
perdicū ꝛ auiū ꝑuaꝝ montanarū ꝑparatis cū aceto:ꝛ cap
pares cū eo ꝛ ſilēs. Et ſi hyp.in affo. dixit. Humide diete

oībus febricitātib⁹ ꝯferūt ꝛ nō ſicce.dic q h̄ itelligere oꝫ
gr̄a exiccatōis hūiditatis ſupflue ꝛ aquoſe humorū putre
fieri apte.nō nālis ipſoꝝ ſpūuꝫ ꝛ mēbroruꝫ:quā opꝫ dieta
cibi ꝛ potus hūida nāliter ꝯſeruare ꝛ reſtaurare ex eis vir
tutē.Ingt.n.H.vt v̄t⁹ ꝛ nō morb⁹ nutriat̄ dietant̄ ifirmi.
Premittant̄ aūt lenientia.ſint v̄o ex acetoſis in febriēti/
bus ꝛ ſanis ēt:ꝛ ꝑꝑe vbi mutatio ſit aeris in putredinē vl'
in peſſimā q̄litatē calām q̄lia ſunt ex herbis vt acetoſa:al
leluia.ādachocha:criſolocāna:atriplices:bliti:portulaca:
ꝛ blete.Et ex fructib⁹ vt limōes ꝛ citri: acetoſitas agreſte
pruna:ribes:acranee:carur:poma acria ꝛ maciana: mora
mediocriter matura:ſumac:granata acria ꝛ mucça:ꝛ ſilia.
ſint aūt in pauca q̄titate ſumpta ꝛ ſepe niſi aliqd̄ īpediat
accn̄s.Corruptiōi aūt neceſſaria eſt reſtauratio cū tp̄amē
to.dixit.H.Sintqꝫ rectificata cuꝫ aromatib⁹ ꝛ cordialib⁹
dcis ſupra in corde: qm̄ ex peſtilētia ſūt īfecta. ſint quoqꝫ
alys cōditiōibus vt ſupra dcm̄ eſt diſcuſſa ꝛ electa. Pot⁹
ſilr ex fr̄is ꝛ acetoſis dcis ꝛ ꝑprie ex aq̄ ordei fr̄a cuꝫ ſuc/
cis acrium ꝑdictoꝝ:ꝛ ꝑprie granatoꝝ vel aceto ſimplici.
Sint aūt in q̄titate multa:ne ſua paucitate īflāmēt ꝛ ſi/
tim augeant:q̄re attrahendi aerē neceſſitas augmentet̄.
ſi nō fuerit qd̄ ꝓhibeat.Et ſi indigeat vino ſit album acer
bum ꝛ cōuenienter mixtū ꝑut ſe.exigit ꝛ tollerat diſpoſi
tio ſtōi.Quieſcāt v̄o īfirmi: ꝛ dormiāt: ꝛ nō moueant̄ oio:
neqꝫ ſani niſi tēpate nō ſupflue:ne attrahēdi aerē nec̄itas
augeat̄: ꝛ dormiant paꝝ:ꝛ vigilēt magis:vt calitas iterior
extrahat̄: nō itus īflāmata lōgitudine ſoni ampli⁹ ītēdat̄.
ianiant̄ ſupflua:ꝛ exiccent̄ hūida ꝛ aquoſa:ꝛ cruda q̄ īficiē
do ſanguinē ad putrefactionē diſponūt:ꝛ ipleant̄ iuuātib⁹
ꝑut virt⁹ ꝛ diſpō corpis exigit atqꝫ morbi. Et ꝯfortet̄ ver
bis ꝛ ꝯfortatiōib⁹ cite liberatiōis: ꝛ ſonis cātilenis ꝛ ludis
qb⁹ anim⁹ ſu⁹ letet̄. Ingt.n.Abo.Ex cognitis medicamini
b⁹ ē ſtare cū his a qb⁹ delectat̄.Correctio v̄o accidētiū cō/
plet̄ cū his q̄ vnicuiqꝫ ipſoꝝ ꝯueniūt: vt ingetudo ꝛ angu/
ſtia:corrigat̄ cū fricatiōib⁹ fomētis.ꝛ calefactiōib⁹ extre/
moꝝ:ꝛ maxie ſi fr̄a ſint.ꝛ ex alys dictis ſupra ī effimeris q̄
ad exteriora trahūt calorē. Siccitas v̄o oris ꝛ lingue atqꝫ
nigredo corrigat̄:vt ſupra ī caplo gn̄alis curatiōis ē dcm̄.
Et bothor ei⁹ cū aq̄ malue:lily: ꝛ ex iunctione ex aſſungia
gallie vel oleo amigdalino. ꝛ alchola ei⁹ corrigat̄ cū ablu/
tōe ex aceto:vel cū aq̄ geleniabin.vel folioꝝ ligue arietis.
deide cū rob mori:mirte:lētiſci ꝛ maſticatiōe. ꝛ ſilr debili
tas:tremor:ꝛ pulſus cordis:ꝛ ſyncopis cū cibis corrigat̄ po
tib⁹ ꝛ medicis hic ſupradictis.ꝛ ī cura cordis. Nauſea v̄o
ꝛ caſus appetit⁹ cū medicis ꝯfortātib⁹ ſtōꝫ itus ꝛ extra ꝛ ꝑ
oēꝫ modū ſupra ī cura ſtōi dictis.ꝛ cū cibatiōe ꝛ ꝯfortatio
ne illoꝝ ſupra cibū.Et cāꝫ dixit abo.qm̄ plimi eoꝝ q virilr
agūt:comedūtqꝫ violēter ſaluāt̄ ꝛ viuūt:vt itelligat virilr
ſꝫ v̄tutis potētiā digerētis:ꝛ violēter ſꝫ corpis idigētiā:vt
q: paꝝ ꝛ ſepe comedāt: vt ē dcꝫ:ꝛ ſic ſuſtētet̄ nō refocilet̄.
nō pura.n.corpa q̄to magis nutries mag' ledes dixit hy.
Opꝫ āt cibū eē dlectabilē reſtauratiuū ſpūuꝫ ꝑꝑe ꝛ ꝯforta
tiuū cordis alterādo ꝛ cōfortādo cōplonē eoꝝ q̄ pncipalr
fuit corrupta nō ſuba. q: tc̄ nō maneret vita: vita.n.ē ī ſpū
vt ī radice dixit Abo.q̄ dſtructa ꝑ corruptōeꝫ vita ceſſabit.
ꝛ ꝑꝑe ſi corrupta ſit totalr:dixit.n.H. Mors n̄ accidit niſi
ꝑ itēpamētuꝫ cōplonis cordis.tal' aūt ē ex ꝑdictis carnib⁹
ꝛ vinis ꝛ alys cordialib⁹ ſupradictis ī corde. Spaſmatis
v̄o ꝛ alcuçeç cū inūctiōib⁹ ex oleis hūectātib⁹ vt ex viol.
ꝛ amigda.dul.Et ſilr tuſſis ſicca:ꝛ malitia hanelit⁹ cū retē
tōe ī ore hūectātiū:vt dyadrag.cū ſeib⁹ cōib⁹:penidys:rob
viol'.cū aq̄ iuiubaꝝ ordeacea:ꝛ ſilib⁹. Permixtio v̄o rōnis
vigilie ꝛ ſubeth ſic̄ ſupra ī caplis ꝑprys dcm̄ ē.Et ſilr ma/
gnitudo ſplenis ꝛ dbilitas epis:mollificatio quoqꝫ corpis
tepor ꝛ debilitas in qua ſtat: nec loquitur nec mouetur.
nec ſentit.corrigatur vt ſtupor.congelationis enim accidē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0469-9
DFG

tia ⁊ ſtuporis eadem ſunt. Unde Galie. ſtupor eſt cuꝫ eger
non ſentit: nec mouet̃: nec loquit̃: ſed oculis apertis tanq̃
timidus tacet. Papule vero cum rectificatione putredi/
nis corrigant̃: prout eſt dictum. Et ſimil'r vomitus ⁊ flux⁹
prout ſuperius eſt dictum.

8 Sciuiſti q̈ variole paſtitiũ: ⁊ morbilli ex gñe ſũt pe
ſtilentioſoꝝ morboꝝ ⁊ apatũ paruoꝝ: q꞉ bothor.
Et q̈ eoꝝ cã exterior ſeu euent⁹ eſt plĩmũ in tpi/
bus hũidis ⁊ cal'is valde: ⁊ ꝑpe in vere ⁊ autũno cũ nã eo/
rum in auſtrinã fuerit ꝑmutata: ⁊ in alijs ꝯſilib⁹ circũſtan
tijs in ꝯrijs quoqꝫ rari⁹. Et cã iterior eſt duplex. mãlis ⁊ ef
ficiens. Mãlis eſt repl'o ſanguis ſeu corpis plectoria. Effi
ciens eſt mutatio aeris nõ in putredinẽ ſue ſub̃e magnã:
ſꝫ poti⁹ in q̃litatẽ peſſimã cal'am valde ac hũidã ſupradi/
ctã. Cum. n. aer ⁊ ꝑpe ſupradictoꝝ tẽporũ fuerit ſic muta
tus attingatqꝫ corp⁹ repletũ ſanguĩe in eo ebullitionem ⁊
turbationẽ inducit. ⁊ q̃nqꝫ putredinẽ accendẽtẽ ſinochaꝫ
plĩmũ iſlatiuã. q̃nqꝫ putredis in qua groſſum ⁊ ſubtile: qđ
cũ exiſtit in eo ſiue ſit a gñatõe ex mẽſtruis reſeruatis ĩve
nis ⁊ poris: ſiue ex malis nutriẽtib⁹ ꝓuocatũ ſeq̃ſtrat̃ a pu
ro ei⁹. Queãdmodũ eſt videre in vinis nouis ebuliẽtibus
ex calitate ꝑpa: ⁊ maxie exteriori reſeruata in eis in q̇bus
fex ⁊ ſpuma ſeq̃ſtrat̃ ab eis vt ſupflua illis remanẽtib⁹ de
puratis. Cũqꝫ talia ſeq̃ſtrata nãe bñficio quodãmõ creti/
co expellant̃ de venis ⁊ ſanguĩe effundent̃ ꝑ vniuerſa cõſi
milia mẽbra corpis occulta ⁊ manifeſta ⁊ pro pte ad cutẽ
auxilio q̃litatis aeris attrahẽtis ad ipam: ⁊ ex groſſo ſãgui
nis in ea ſm vniuerſum ei⁹ diffuſo: ⁊ in ill'ẽt mẽbris ex eo
vt in velamĩb⁹ neruis collectis fiat gñabunt̃ ĩ eis variole
⁊ ex ſubtili col'ico ⁊ ſpumoſo morbilli: ⁊ ex pte alia ſi q̃ cor
rupta ſit in cute paſtitiũ. Et q̈ nutriẽtia q̃ talẽ ſanguinem
gñare hñt ⁊ facere icidere in variolas ſũt gñal'r cal'a ⁊ hũi
da ⁊ ꝑpe q̃ rarificãt ſub̃am ſanguis ⁊ eũ faciũt ebulire: ⁊ ꝓ
prie cũ adminiſtrent̃ ſup ea cibi ⁊ medicĩe calefaciẽtes ſi/
cut lac camelaꝝ ⁊ equaꝝ: ⁊ ꝑpe cũ multũ ex eo ſumptuꝫ
fuerit ⁊ iſuetũ: ⁊ ſup ipm bibũt vinũ plurimũ ⁊ medicinas
cal'as ex ſpẽb⁹ vt electuaria tragena ⁊ ſilia. Et q̇dẽ diuerſi
ficãt̃ variole rõne ſub̃e: rõne coloris: rõne q̃ñtitatis: rõne lo
ci: rõne exit⁹: rõne finis ⁊ termiatiõis. Rõne ſub̃e. nã q̃dã
ſ̃t dure ⁊ viſcoſe: q̃daꝫ tenere ⁊ molles. Rõne coloris. nã
q̃dã ſ̃t de eis rubee citrĩe ⁊ albe: ⁊ de eis ſ̃t virides: ⁊ đ eis
ſunt violate: ⁊ de eis ſunt declinãtes ad rubedinẽ. Rõne
q̃ñtitatis cõtinue. ſ. ⁊ diſcrete. Cõtinue. nã de eis q̃daꝫ ſunt
magne late ⁊ cõiuncte ita q̈ vna igrediat̃ aliã: ⁊ de eis ſũt
parue rotũde ⁊ diſticte. Diſcrete. nam de eis ſunt multe ⁊
pauce. Rõne loci. nã de eis ſũt: q̃ ſũt pl's in capite facie pe
ctore ⁊ vẽtre. ⁊ de eis ſunt q̃ ſiunt in extremitatib⁹ magis.
Rõne exit⁹. nã de eis ſunt q̃ ſũt velocis aptiõis ⁊ exitus: ⁊
de eis ſunt q̃ tarde. ⁊ de eis ſunt q̃ ſũt diuerſe. nã nũc appa
rẽt: nũc occultant̃: nũc ſũt vni⁹ coloris: nũc apparẽt alteri
us. Et de eis ſunt q̃ ſemel exeũt ⁊ apparẽt: ⁊ q̃ appent bis.
Et de eis ſunt q̃ apparẽt ⁊ exeũt in p̄ma etate: q̃daꝫ in ſcđa
vt in iuuentute: q̃dã in p̄ma ſenectute lꝫ paꝝ. Rõne accñ
tium. nam de eis ⁊ morbillis ſunt q̃ ſunt cum leui febre: ⁊
q̃ cum forti. Et de eis ſunt q̃s fe. añcedit: ⁊ de eis ſunt q̃s
fe. ſequit̃. Et de eis ſunt q̃ ſunt cũ accñtibus bonis ⁊ forti/
tudine v̓tutis ⁊ appetitus bonitate ⁊ anhelitus facilitate
⁊ vocis ⁊ abſqꝫ ſiti magna ⁊ anguſtia ⁊ ꝯtinua. Et cũ pulſu
forti ⁊ vrina ſanguiea ẽt rubea ⁊ abſqꝫ dolore gutturis. Et
de eis ſunt q̃ ſũt cũ accidẽtibus prauis ꝯrijs dictis ⁊ ꝓprie
⁊ maxie ſi fuerit cũ malicia anhelitus ⁊ anguſtia: raucedi/
ne vocis ⁊ ſincopi ⁊ extremoꝝ f̃ritate: q̃m ſ̃t ex deteriori
bus ſignis. Rõne finis ⁊ terminatõis. nã q̃dã ſunt q̃ reſol
uunt̃: q̃daꝫ q̃ maturant̃ ⁊ emittũt ſaniẽ ⁊ faciũt cruſtam ⁊
cadunt. ⁊ de eis ſunt q̃ vlcerãt: ⁊ de eis ſunt q̃ dimittũt cõ/
cauitates vlceꝝ ⁊ veſtigia ⁊ quedã cito: ⁊ quedã tarde. Et
ex eis ſunt q̃ deliteſcunt ⁊ occultant̃. Et q̃daꝫ permutant̃
ad flegmonẽ ⁊ ſare. Ex q̇bus omnib⁹ iudicia habes. naꝫ q̃
in p̄ncipio ſunt molles ⁊ tenere: ⁊ in p̄ncipio apertiõis ſũt
rubei coloris ad modũ flegmonis: deĩde dealbant̃ ⁊ ſaniã
tur: nec variant̃ in colore. Et q̃ ſunt parue ⁊ rotũde diſtin/
cte nõ multe. Et q̃ ex eis ſũt in extremitatib⁹ magis: ⁊ pau
ce in facie: nec in oculis narib⁹ ore ⁊ gutture. Et q̃ ſunt ve/
locis apertiõis exituſqꝫ cõtinui: nec occultant̃. Et q̃ ſemel
apparent: ⁊ in p̄ma etate iſantie vel pueritie. Et q̃ ſunt nõ
cum prauis accidẽtib⁹ ⁊ ſil'r morbilli. Et q̃ cum leui febre
⁊ antecedit fe. eos ⁊ cũ apertiõe ipſoꝝ minuit̃: ⁊ ſunt cum
virtutis cõſtantia ⁊ bonitate appetitus. ⁊ cũ bonitate ah̃e
litus ⁊ facilitate vocis abſqꝫ ſiti ⁊ anguſtia. vel magna ⁊ cõ
tinua ⁊ pulſu ⁊ vrina dcĩs ⁊ abſqꝫ aliquo alio accñte malo
ſunt bone: in q̇bus ſalutis fiducia expectat̃. Significãt. n.
nãe bonitatẽ cum ſubtilitate: ⁊ obedientiã ad nãm: ⁊ na/
ture ipſi⁹ potentiaꝫ in nocẽtibus expellẽdis. Que vero ex
eis fuerint cũ ꝯrijs: vt q꞉ ſunt dure ⁊ viſcoſe ⁊ citrini colo/
ris: vel violacei: vel declinãtis ad nigredineꝫ: vel varij co
loris: ⁊ ſunt magne late ⁊ coniuncte quaꝝ vna ingredit̃ al
teram. multeqꝫ ſunt in capite: facie: ⁊ ꝓprie in oculis nari/
bus ⁊ gutture. Et q̃ ſunt tarde apertiõis ⁊ exitus ⁊ diuer/
ſi: q꞉ nunc apparẽt: nunc deliteſcũt ⁊ occultant̃: q̃ pluries
eueniũt in ſcđa vel tertia etate ſũt male oẽs. Oſtẽdunt. n.
nãm malã groſſam viſcoſaꝫ diuerſaꝫ ⁊ multũ nãe rebel/
lem: ⁊ ipam defectã ſi ſint cum accidẽtibus malis: q꞉ feb.
ex eis nõ minuit̃: imo auget̃: ⁊ q̃nqꝫ ſuccedit. Et que ſunt
cũ malitia hanelit⁹ ⁊ anguſtia ei⁹: ⁊ vocis aſperitate ⁊ gra/
uedine multa: ⁊ cũ ſiti ⁊ anguſtia ei⁹ magna ⁊ ꝯtinua inge
tudine cũ debilitate virtutis ꝓprie caſu appetit⁹: q꞉ cũ ſin
copi ⁊ frigiditate extremorum ⁊ pulſu interſecto. ⁊ vrina
quaſi nigra ⁊ fluxu ventris cum raſura ſanguineo vel loti/
uo: ſiue variole ſint: ſiue morbilli peſſime ſunt ⁊ mortis ſi/
gnificatiue ſecundum magis ⁊ minus propinque. ¶ Si
gna eaꝝ variolarum quedaꝫ ſunt cõia eis. ⁊ morbilis: quo
rũ q̃dã ſunt ꝓnoſtica: q̃dã demr̃atiua: ⁊ q̃dã rememorati/
ua: q̃daꝫ v̓o diſtinctiua iter variolas ⁊ morbillos. ꝓnoſtica
añcedẽtia illos: ⁊ morbillos p̄cedẽtia eos ſũt ſigna plecto/
rie ⁊ ſanguis repl'onis ꝯturbati nõ minorati more ſolito ſu
peri⁹ dcõ ĩ ſynocha. Et ſũt dolor dorſi: prurit⁹ ĩ naſo cũ ru
bore: ⁊ in facie ⁊ in oculis: ⁊ lacrime cũ iſlatiõe. ⁊ timor in
ſõno ⁊ fantaſiaꝝ rubeaꝝ viſio: grauitas cũ pũctiõe in mẽ/
bris corporis: multitudo alicũ ⁊ ſaltuũ cũ ꝯſtrictiõe hane
litus raucẽdo vocis. ⁊ groſſicies ſputi: grauitas capitis cuꝫ
dolore: ⁊ calefactio oris cũ exiccatõe ⁊ ſiti anguſtia ⁊ inge
tudo dolor in gutture. ⁊ tremor pedũ apud reſupinationẽ
⁊ declinatiõeꝫ ad ipſaꝫ: ⁊ cũ his fe. ꝯcluſa. ¶ Signa v̓o de/
mõſtratiua ⁊ oſtẽdẽtia ipſas: ⁊ in p̄ſenti appentia ſunt: q̃ñ
cũ icipiunt apparere faciũt accidere pruritũ. deinde appa
rent res ſic̃ capita acuũ in cute: ⁊ deĩde ſic̃ mordicationes
pulicũ. deĩde augent̃ ⁊ fiũt ſimiles milio. deĩde egrediunt̃
cũ totalitate ſua. deinde replent̃ ſanie: ⁊ ꝓprie variole. de/
inde exiccant̃ ⁊ cadũt: morbili v̓o reſoluunt̃ ⁊ euaneſcunt
Rememoratiua ſunt ꝯcauitates remanẽtes in mẽbris: ⁊
eoꝝ veſtigia: ⁊ ꝓprie variolarũ. ⁊ quãdoqꝫ dimittũt cecita
tem: ⁊ in narib⁹ vlcera. morbili v̓o nõ dimittũt infectiões
neqꝫ veſtigia cũ mã eorum ſit apta reſolui: ⁊ ꝑinde nõ ſũt
eoꝝ ſigna rememoratiua. ¶ Signa vero diſtinctiua iter
variolas ⁊ morbillos multipl'r ſumi habẽt ex mã: ⁊ ex par
te apertiõis ex forma ⁊ q̃ñtitate ex ſitu. ⁊ cum cõmunican
tibus eorũdem. Ex mã q̇dem: nã generatio variolaruꝫ eſt
ꝑꝑ multitudinẽ ſanguinis groſſi ⁊ corrupti. ⁊ ꝑinde dolor
⁊ grauedo in dorſo maior ꝑꝑ venam magnã exinde tẽſam
ĩ eo quã replet ſanguis mltitudo. Gñatio v̓o morbilloꝝ ẽ
ꝑꝑ vehemẽtẽ maliciã ſanguĩs corrupti vel nõ corrupti. q꞉
col'ici ſbtil' ⁊ acuti ⁊ pauci: ⁊ ꝑide iſlãmatõ ⁊ feb. eſtuatio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0470-0
DFG

ēī eis. Ex pte appitōis ⁊ exitꝰ. nā mobillꝰ egredit̄ ſbito ſ3
plurimum. variole vero aliqd poſt aliquid vt eſt dcm̄. Ex
forma ⁊ q̄ititate. nā variole ſunt eminētes rotūde vel late
⁊ magne in q̄ititate. morbilli v̄o ſunt nō eminētes vt ptrā
ſeāt cutē ⁊ in ea faciāt eminētiā: ſ3 ſūt diffuſi in cute: ⁊ ſūt
ſic puncture ⁊ pue q̄ititatis. Ex ſitu. nā ſūt in ſupiorib̄ꝰ mē
bris magis morbilli q̄3 variole: l3 in oculis accidāt minꝰ: ⁊
tn̄ lachryme ſūt eis plēs. Ex accn̄tibꝰ: qm̄ anguſtia ingetu
do ⁊ iſlāmatio fortior eſt q̄3 in variol' in ipis morbillis: vt
dictū eſt. ¶ In cura variolaꝝ ⁊ morbilloꝝ duplex eſt re/
gimē. cōe. ſ. ⁊ ppriū. Cōe vtriſq3 in tribꝰ rebꝰ ꝯſiſtit. In ab/
ſciſiōe cāe. in ordinatōe regimis: ⁊ accn̄tiū correctiōe. Cāe
abſciſio cōplet̄ cū eiꝰ minoratōe ⁊ adeq̄tiōe ⁊ babilitatōe
ipſiꝰ ad expulſionē velocē ⁊ facilē: cꝰ minoratio locū b3 cū
icipiūt appere: ⁊ ſit flomia de vena magna ⁊ nigra ī vario
lis: ⁊ baſilica in morbillis: ſi vtꝰ etaſq3 conſenſerit. ſi v̄o nō:
aperiant̄ vene emoroydales ppe cū ſanguiſugis: ⁊ flomia
vene naſi q̄ pportionat̄ fluxui ſanguis nariū quo iuuant̄.
Puocet̄ ergo ſi nā ipm nō fecerit: poſt flomiā baſilice ſi ex
pediet: ⁊ v̄tus tolleret: vt q2 ſanguis nariū quo iuuant̄ pro
uocatꝰ ad ptes ſupiores appeat rapi: ex dolore capitis gra
uedine gutturis ⁊ ſilibꝰ. pſeruat. n. eos a nocumento ipaꝝ
diminuēdo ⁊ euādo mām. fiat aūt donec pfecte euēt̄ qō
abūdat. Qz ſi nō: fiat cōplete euō: pmittaturq3 flomia cu3
ſit maximū auxiliū ppriū ⁊ neceſſariū: timet̄ ſupra infir/
mum corruptio extremitatū ⁊ forte ſuffocatio niſi nā ali/
qua ſanguis euōne ſuccurrat. Tps aūt flomie eſt vſq3 ad
q̄rtū vel ifra. In q̄rta. n. nā talē mām ſanguinea3 ſinoche
cōplete ꝯſueuit ad cutē expellere. Si ergo pdcis flomys
mām ipaꝝ educētibꝰ nō ceſſent variole ⁊ morbilli pcede
re: ſ3 ſtāt ⁊ exeunt magis: flomia vlteriꝰ nō itentet̄ niſi re/
pletōis magne ſigna pdurēt. Cōuertit. n. mā3 ad cutē quā
nā reddere videt̄ itēta: ideoq3 nō eſt ipediēda. Qz equidē
inuit hyp. ⁊ hoc maxie cū ꝯuertit de exteriorib̄ꝰ ⁊ vilibus
ad iteriora ⁊ nobilia mēbra. Adequatio ipſiꝰ fit in pncipio
q2 ſubtilis ſit ⁊ colericꝰ ſanguis: vel q2 coſa dn̄at in eo: ⁊ p
prie in morbillis cū ſtipticis ifrigidātibꝰ ⁊ iſpiſſantibꝰ ipſ
ꝓhibētibus ebullitionē. Qualia ſunt ſimplicia ⁊ ꝯpoſita
ex medicis. Et ex ſimplicibꝰ ſunt iuiube: dactili imaturi:
lētes excorticate: vel i duplici aq̄ cocte itegre: agreſte: lac/
te ablute: ribes: dragāti: ſorba: ⁊ dactili ſilueſtres imaturi:
⁊ pira ⁊ rob ipoꝝ: ⁊ aq̄ fructuū froꝝ: vt arancioꝝ limonū:
pomoꝝ acetoſoꝝ: criſomilla imatura: ⁊ mora celſi: māne:
⁊ ſilia ſupra in ſinocha dcā: ⁊ ꝯpoſita ex eis q̄ deo dante di
cent̄. Deide cū lenificantibꝰ ⁊ educētibꝰ eā cū lenificatōe
ſubtili: vt ſunt tamarindi ppe: ⁊ cū additiōe ſiracoſt ſi fue
rit inobediēs: aut iſuſio prunoꝝ ⁊ alioꝝ abſq3 oī attractio
ne ⁊ cōpreſſiōe ne ad iteriora ꝯuertāt nā3. Et pinde cliſte
ria ꝓhibēt̄: cū ꝯuertāt iteriꝰ mā3 iq̄trū talia niſi fuerit le/
nitiua valde: ⁊ nā multū fuerit ꝯſtipata. Si v̄o ſanguis fue
rit groſſus ⁊ in variol' ppe: adeq̄tio fiet cū ſubtiliantibꝰ ⁊
aperiētibꝰ oppilōnes: ⁊ faciētibꝰ ebullitionē in ſāguie abſ
q3 mlta caliditate: vt ſemē aniſi: feniculi. an̄. cū çuccaro: aut
aqua coꝝ: ⁊ decoctio radicū coꝝ. ⁊ odoratio croci eſt de il
lis. Si v̄o aliquo hūore ifectus ſit. ſ. flico vel mlico: mūdi
ficet̄ ab eo. Et ſi turbidꝰ: clarificet̄ cū medicis lenietibus
dcis ſupra in cura ſinoche de putredie: ⁊ i ātidotario nr̄o.
hec. n. adequando mām icitāt ad egreſſionē ad exteriora.
Et cū pterierit pncipiū apitōis ⁊ pderit ⁊ pceſſerit euō mlt
titudis vt poſt ſeptimū maxie cōpetūt. Quo tpe ptermiſ/
ſis oībus euātibꝰ adeq̄ntibꝰ iſpiſſantibꝰ ſtipticis iteriꝰ ⁊
exterius approximādis ne detineāt ⁊ cōuertāt mā3 itus:
o3 babilitare nām ⁊ icitare ad exitū ⁊ trabere ad exterio/
ra. Fiet aūt illud cū calefactōe aeris: cū coopertura ex idu
mentis ⁊ ppe rubeis. Et bis q̄ faciūt ſudare cū caliditate
vbi cu3 exitu coꝝ nō iueniat̄ alienatio: imo caſitas rema/
neat iſlāmāta ⁊ lingua fortiter nigra. tūc. n. caue ne caleſa
cias. fortaſſis. n. ex ea accidet anguſtia ⁊ ſincopis. na3 tunc
erit neċariū redire ad odorādū roſas ſandalos ⁊ cāphorā.
Et ſi ex bis nō fiet excuſatio qn apponatur aeri fr̄o ⁊ vēto
ne pp auguſtiā extinguat̄: fiat illud paulati3. Et ſilr qn̄ iu/
uat̄ cū calefactiōe ⁊ dimiſeris fr̄a ⁊ cū hn̄tibꝰ ppetatē ad
expellēdū mām ⁊ ſanguinē ad cutē: vt ſunt carice ⁊ pprie
albe ⁊ citrine ⁊ decoctiōes eaꝝ. Et cū eo qō b3 ſanguinem
mouere ad exteriora vt aſpectꝰ rerū rubeaꝝ. Vn̄ Aboa.
ait. Mouet. n. ſanguinē res intueri rubeas. Op3 quoq3 vt
alienent̄ oīa ſoluentia ventrē niſi pdcā de cōſuetudine hꝰ
egritudis eſt vt in pceſſu faciat accidere dyariā ⁊ ppe cū
mā retinet̄ ⁊ nō egredit̄: ⁊ pinde dandū ē excorticatas lē
tes: ⁊ alienanda ſūt oīa fr̄a iteriꝰ: vt aq̄ fr̄a ⁊ hmōi. ⁊ exteri
us ex aere ⁊ vēto ⁊ ppe in hyeme. ⁊ oīa olea cū ſint viſcoſa
⁊ poros oppilēt. Et oīa ex empl'is cerotis ⁊ epithimatibus
ſupra ventrē. Eſt. n. ex eis timor ꝯſtrictiōis māe ⁊ ne acci/
dat fluxꝰ ventris malꝰ ⁊ ſanguis mictus. Ordinatio v̄o re
gimis cibi ⁊ potus ſit in pncipio apertiōis cū bis q̄ cōfor/
tare hn̄t cū extinctiōe abſq3 cōſtrictiōe nāe q̄ ſupra in pe/
ſtilentiali fe. ſūt dcā. Et cū iſpiſſantibus ſanguinē ex iuiu/
bis ⁊ cū lenietibꝰ vētrē ex prunis criſomillis ⁊ moris me
diocriter maturis. Et cibo fcō ex cucurbita. citrul' ⁊ melo/
nibꝰ: ⁊ ſucco ptiſane: ⁊ amilo. Et potu aq̄ ptiſane vel aq̄ fr̄e
cū iuleb violato ⁊ ſilibꝰ. Et i pceſſu cū pcedere ⁊ exire nō
ceſſant: ⁊ minuit̄ fe. cū ꝯfortātibꝰ ex carnibꝰ ⁊ ouis: ⁊ alys
q̄ ſunt i cura peſtilētiali dcā ſupra. Et ex fructibꝰ vt ppe ex
caricibus paſſulis enucleatis: ⁊ dactilis maturis: ⁊ hmōi. ⁊
cū vino rubeo ꝯpetēter limphato ppe cū fe. apparet lēte/
ſcere. Correctio aūt accn̄tiū i duobꝰ ꝯſiſtit. i remediatione
accidētiū prauoꝝ pdictoꝝ: ⁊ in pſeruatiōe quorūdā mem
broꝝ i qbꝰ ꝯſueuerūt iprimere maxie talia nocumēta: ⁊ p/
prie vlcera: q̄ cū ipreſſa fuerint: nec ſint media remediabi
lia timorē mortis portēdūt. Si ergo fe. i eaꝝ aptiōe in p/
ceſſu nō minuat̄: ſ3 augeat̄ magis: extictiua miniſtrentur
paulati dimiſſis calidis: vt ē dcm̄: ⁊ iterius ⁊ nō exterius: ⁊
magis apud coꝝ pceſſu3 ad extra. Et ſi qdē ceſſauerit ab
egreſſiōe coꝝ rediētq3: o3 vt redeas ad euōnē ſanguinis ⁊
adequationē ipſiꝰ cu3 frigidis extiguentibꝰ ſupra. Eſt. n. ſi/
gnū regenerationis calidi ⁊ acuti: q niſi euet̄ ⁊ obtūdat̄ cu3
hoc q2 fe. accēdit rapi ꝯſueuit ad caput: ⁊ facere flegmonē
⁊ q̄nq3 declinare ad ſpiritualia: ⁊ ſubito ſuffocare īfirmos:
quoꝝ aliquos vidimꝰ liberatos. Et duciſſa3 calabrie qbꝰ
flōmia ex venis emoroydalibus magna fuitilico miniſtra
ta. Et aliquos mortuos: qbꝰ ipſa fuit obmiſſa vel tardiꝰ ce
lebrata. tali ēt flōmia cū mūdificatiōibꝰ hūoꝝ in ſanguie
dominātiū: ⁊ calefactōibꝰ corriget̄ magnitudo: mltitudo:
ipſaꝝ varietas caloꝝ: ⁊ exitꝰ atq3 tarditas. Reliqs v̄o acci
dētibꝰ alys puidendū ſicut ſupra in caplo generalis cura
tionis eſt dcm̄ de effimeris: ⁊ de peſtilētiali. In quoꝝ oīu3
curatione nocumēta ipreſſa in mēbris: quoꝝ ſunt: vtputa
iſlāmatione3 multā ſiccitate3 exaſperāte3: ⁊ pprie vlcera
op3 attēdere. ⁊ cū mūdificātibꝰ pmo: ⁊ deide cū glutinati/
uis illis appropatis ſimul cū alterātibus ⁊ alys ibi dictis
op3 ergo corrigere: mēbra v̄o que a nocumēto eaꝝ pſerua
re op3 ſunt oculi: ſupiores partes nariū: guttur: pulmo: ⁊ i/
teſtina. hec. n. mēbra ex euentu eaꝝ in eis plurimū grauꝰ
vlcerant̄: ex quo oculus fortaſſe deſtruit̄. ⁊ accidit i eis al/
bugo ⁊ gutturi accidit prefocatio. Et ſi i meri euenerit ac/
cidet tranſglutiendi difficultas: ⁊ fortaſſiſaccidet illic cor
ruptio: alias corroſio pernicioſa. Et ſi in ſuperioribus par
tibus narium accidet conſtrictio meatus odoratus. Et ſi
in pulmone: accidet conſtrictio banelitus vebemens. Et
cū vlceratur fortaſſe facit deuenire in ptiſim. Et ſi in ite/
ſtinis faciet accidere diſinteriā ⁊ egeſtione3 ſanguineā: q/
bus ſuccurrere eſt difficile ⁊ forte impoſſibile. Preuidēdū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0471-5
DFG

ergo eſt ne illis accidat ſeu eueniat. Oculis qdem in pma die cũ alcohol facto ex almuri ſolo: qđ eſt ꝓpriũ. Fa vᵒ cũ eo nutrito in aq̃ coriãdri: vel aq̃ ro. in q̃ reſederint ſumac ꝛ cãphora: vel aq̃ ſumac poſita in ea cãphora: ꝛ ſuccꝰ pulpe granatoꝝ eſt bonꝰ ẽt ĩ pncipio ꝛ aq̃ ro. cũ anthimonio. Si vero appeant nõ obſtãtibus illis: tũc facere alcohol ex napta alba bonũ eſt valde. ꝛ ſilr colliriũ albũ. Et ſi vlcera fiant in eis: ſarcocollã nutritã in lacte apponas. Et ſuccũ radicũ celidonie rubee cũ lapide emathitis: qđ ẽ ꝓpriũ ꝛ expertũ ꝑ nos. Oleũ vᵒ de fiſticis ꝛ nõ de oliuis cũ mordeat oculos: ſic dixit. H. eſt de his qbꝰ vtunt̃ mulieres in regiõe nr̃a poſt variolas oñdit euentũ nocumẽti in oculo. eradicat. n. caliginẽ ſi remãſerit ꝛ rectificat oculũ. ꝛ ſilr memithe ꝛ ſuccꝰ eiꝰ cũ anthimonio. Sed ſupiores ptes narium cuꝫ epithimate: ꝛ memithe: ſandal: ꝛ rob agreſte: ꝛ aceto. Et odorare acetũ ſolũ eſt vehemẽtis iuuamẽti. Guttur vᵒ cum ſuctiõe granatoꝝ in eius pncipio ꝛ ſuctiõe mororũ: ꝛ gargarizatõe cũ rob eorũ ꝛ ꝓpe qñ cõquerit̃ de dolore in eis. ꝛ tũc opꝫ vt lambat de rob eaꝝ aliqđ poſt aliqđ: ꝑlmoneꝫ cũ rob ex lentibꝰ leue cũ ſemĩe papaueris ꝛ dyadragãti. Et ĩteſtina oꝫ vt ꝑſeruent̃ poſt ĩceptionẽ cũ ſtipticis dcis ſumptis ꝛ iniectis. Et cũ ĩcipit ſolꝰ vẽtris curet̃ cuꝫ troci. de ſpodio ꝛ ribes: ꝛ troci. de ſemĩe acetoſe. Regimẽ ꝓpriũ variolaꝝ ꝛ morbilloꝝ eſt qđ vnicuiqꝫ eoꝝ ꝓprie cõuenit. Et eſt ꝙ cũ ↄmunicẽt in pdcõ iter ſe differũt q̃tũ ad duo. Primo q̃tũ ad pdictũ regimẽ nõ ĩ ſpẽ: ſꝫ potiꝰ ĩ q̃to. Cũo ẽnĩ cũ flꝰomia maior ꝛ citior variol' ẽ ↄueniẽs extictio minor ꝛ dieta tenuior. Morbillis vᵒ adeq̃tio cũ frĩs extictis ꝛ ĩſpiſſãtibꝰ ꝛ mũdificãtibꝰ colerã ꝛ ſanguinẽ ꝛ dieta tẽuiminꝰ. Scđo q̃tũ ad pticulares opatões exercẽdas: q̃ ſunt variolis oppoꝛtune ꝛ nõ morbillis. Et ſũt qđ ẽ: qꝛ cũ egreſſe fuerint cũ cõplemẽto viariole ꝛ appeat ĩ eis maturatio pfecta. Aut. n. eſt pfecta cã doloris ꝛ apatis: vt qꝛ ptranſierint ſeptimũ: nec exiccent̃ nec reſoluant̃: tũc neĉariũ ẽ vt apiant̃ cum acu de auro. ꝛ auferat̃ eaꝝ hũiditas cũ coto: ꝛ ꝓpe cũ ſunt magne. Qđ ſi tardet̃ eaꝝ maturatio: qꝛ nõ ſit fcã in ſeptimo ꝛ cõpleta in nono: tũc oꝫ vt iuuet̃ cũ exhibitiõe dactiloꝝ pinguiũ: paſſulaꝝ ꝛ caricaꝝ in aqua ĩparum cũ euaporatõe vaporis: aq̃ dcoctõis fenugreci: ſe. lini. malue: biſmalue: ꝛ radice lily. Cũ aũt aperte fuerit ꝛ remaneat in eis hũiditas multa: oꝫ vt ſaliant̃ ꝛ fumigent̃: ꝛ ẽt cuꝫ nõ apte ſint: nec patiat̃ egrotãs apiri: ꝛ eas volueris reſoluere ꝛ exiccare: fit aũt ſallicio cuꝫ aq̃ ſal: in qua vtꝰ croci ẽ linita ſuper eas deſup aſpergat̃ ſal pulueriꝫatũ cuꝫ cãphora. Suffumigatio fit cũ tamariſco ꝛ ſandaracha ꝛ cortice thuris: nõ cũ frĩs ne recludãt mãm. Et ſilr cũ mirta ſuffumigatio eſt ↄueniẽs: ꝛ ꝓpe cũ ſint vehemẽtis hũiditatis. Et dormire ꝛ iacere in lecto ĩ quo ſit aſperſa farina ordei: mily: ꝛ panici: vel fabaꝝ: ꝛ culcitra cũ folys cipreſſi eſt bona. Cũ ergo ĩcipiunt exiccari oꝫ vt linias ſup eas ex medicinis pdictis cũ vtute croci. Et cũ vlcerãt variole ꝓfunditate ꝛ acuitate ſue mãe ↄfert vnguentũ albũ: ꝛ ꝓpe ↄmixtũ cũ aliquãtulo cãphore raſura radicis cãne cũ aq̃ ro. venarũ arboris ſalicis: aut arboris aꝫarur. Et qñqꝫ ↄfert vnguentũ de ceruſa: ꝛ litargirũ: ꝛ vnguẽtũ rubeũ. Et cũ aperiunt̃ ꝛ faciũt cruſtã in cute vel naſo: ↄfert vnguẽtũ factũ ex oleo puro ro. ꝛ vtute ceruſe ꝛ climie: ꝛ cerotũ ex adipe galline cũ cera. Et cũ ceciderit cruſta liniant̃ veſtigia cuꝫ aliquo oleo vt de lentiſco ꝓpe. Et ſiqdẽ remãſerint ĩpa veſtigia ꝛ decolorationes vlceꝝ ĩpoꝝ cũ in tertia ſectiõe de cura veſtigioꝝ vlceꝝ loqui oportet: hic tñ ꝓpe loq̃mur de cura veſtigiorum ex vlceribꝰ variolarũ. ❡ Scias ergo ꝙ de eis q̃ eradicant talia veſtigia ſunt oĩa abſterſiua: vt radix arũdinuꝫ: ſarcocolla: ſemẽ melonis ꝛ cortices eiꝰ ſiccati: riſum ablutũ: aq̃ ordei: albumẽ oui: creta: ꝛ lutuꝫ litargirũ: ꝫuccaꝝ tabarꝫet: miliũ: ꝛ panicuꝫ: amigdale dul. ꝛ amare. Et de oleis: oleũ de lilys: ꝛ de fiſticis: ꝛ adeps aſini cũ oleo ro. Et de illis q̃ ſũt fortiora ẽ ſpuma maris: ꝛ lapis piperis: coſtꝰ: armoniacꝰ: thus ꝛ ſapo cũ baurach: ꝛ oſſa antiqua aduſta: ſemẽ rafani exiccatũ: ariſto. lupini. hec. n. abſtergunt nigredinẽ ꝛ obſcuritatẽ coloris cutis. Et ex rectificantibꝰ colorẽ plũbeũ ſunt ex oleribus ꝛ granatis dulcibus vitell' ouoꝝ ſorbiliũ: iura galli ꝛ faſianoꝝ: ꝛ perdicum ĩpinguatis: ꝛ vinũ rubeũ: ꝛ aſſiduatio balneatõis. Et de cõpoſitis ſunt duce xpo q̃ ĩfra dicent̃. Qđ ſi ↄcauitates remãſerint nõ replebunt̃: vlcerauerũt. n. interiorẽ cutem ꝛ mirach: qđ cũ ſit ex radicalibꝰ nõ reſtaurat̃. Medicina ↄueniens in pncipio aptiõis ĩpaꝝ repcutiẽs ꝛ inſpiſſans ſãguine. ℞. lentiũ excorticataꝝ: dactiloꝝ ĩmaturoꝝ gũmi: draganti: bulliãt in aq̃ pluuiali vel ro. ꝛ da cũ vno trociſcoruꝫ de camphora. ❡ Cõfectio medicamĩs facientis variolas apparentes exire ꝛ morbillos ꝛ alia de gñe eoꝝ excũtiuꝫ ꝛ occultoꝝ. ℞. ficuum citrinaꝝ. ℨ. vij. lacce ablute. ʒ. v. lentium cũ corticibꝰ. ʒ. iij. ſeminũ aniſi feniculi: drag. añ. ʒ. iij. decoquant̃ in. lib. aq̃. i. ꝛ. ſ. donec remaneat ꝑs tertia: deĩn colet̃ ꝛ det̃ ex ea: expellit enĩ calĩtatẽ a partibꝰ cordis: ꝛ ꝓhibet pulſum eius. ❡ Deſcriptio medicamĩs conferentis ad veſtigia variolaruꝫ ꝛ colorẽ malũ derelictũ. ℞. oſſium aduſtoꝝ: ſtercoris ouini ãtiq: oſtracoꝝ nouoꝝ: amili. ſeminis melliſſe: riꝫi abluti: ciceꝝ: añ. ptes. x. granoꝝ alben: lupinoꝝ: coſti: ariſtol. rotũde. añ. ptes. v. radicũ arũdinis ſicce. ptes. xx. Fiat ex eis epithima cũ aqua melonis: aut cuꝫ ſucco cucumeris ſilueſtris: aut pãis porcini: aut radice yreos: aqua ordei vel fabaꝝ. vel lupinoꝝ: ꝛ liniant̃ ex eis mẽbra ſero. Et abluant̃ mane cũ aq̃ violata: vel ordei.

❡ Cap. vij. de medicinis feb. apoſtematum

s Uperiꝰ te ſcire fecimꝰ ꝙ febriũ q̃dã erãt morbus q̃dã accidẽtia ſequẽtia apata vel vlcera q̃ ſũt ꝑ ſe morbꝰ. Hic ẽt ſcias ꝙ tales ẽt febres oĩs gñis eſſe pñt. ſi. n. apata ſint exterioꝝ mẽbroꝝ: vt aſſelaꝝ. fe. fiũt effimere plĩmũ: raro vᵒ putride: ꝛ qualr ꝛ qr̃ ſupiꝰ dcm̃ eſt. Si vᵒ apata ſint iterioꝝ mẽbroꝝ: vt poſitoꝝ in ꝓfundo ꝛ cõcauo corpis: ꝛ maxie pncipaliũ vel alioꝝ vicinoꝝ cordi vt pleure. pulmonis: ꝛ hmõi ecõuerſo fiet. Nã plĩmũ fiũt putride. effimere vᵒ raro. ꝛ qñqꝫ vel ↄñter ethice. Et cã eſt qm̃ calĩtas pter nãm ꝓcedẽs ab apate vel vlcere taliũ mẽbroꝝ vadit ad cor plĩmũ cũ fumo putrido ab eo reſoluto cũ nõ ſit circũſcripta putredo ĩ loco apato: ſicut in bubonibꝰ: ꝛ nõ ſola niſi raro. Quare febreꝫ accẽdit: q̃ diuerſificat in continuitate: ꝛ iterpollatione ſpecie ꝛ qualitate ſue eẽntie. In continuitate ꝛ interpollatione quidem ratione q̃titatis cauſe ꝛ poſitionis: cum. n. apa vel vlcus tale qđ eſt eiꝰ cã ſit magnũ ꝛ ꝓpinquũ cordi: vt ĩ pleureſi: ꝛ piplemonia faciet fe. putridã ꝛ ↄtinuã eo ꝙ ↄtinue fumũ putriduꝫ ad ĩflãmãdũ mittit cordi. Nec obſtat ſi poſitio putredis ẽ extra venas cũ collectio eiꝰ ĩ loco apatis ad emittẽdũ ↄtinue fumũ eq̃polleat poſitõi ĩ venis cũ ſit magnũ nõ ꝓpinquũ. vt ẽ apa renũ: vel matricis vlcus: vel veſice: vel ꝓpinquũ nõ magnũ: vt caſſule: cordis: vl' pleure ꝛ pulmõis. Et ſi ſit colericꝰ fac̃ ĩterpollatã: eo ꝙ ꝛ ſi talẽ fumũ cordi emittet nõ ↄtinue tñ ꝑꝑ diſtãtiã ꝛ paucitatẽ cũ ↄueniat qñqꝫ reſolui in via. Si vᵒ ſit ꝑuũ ꝛ lõginquũ faciet effimerã qñqꝫ. Cũ. n. fumꝰ ſua q̃titate: lꝫ ꝑua poſſit ꝑuenire vſqꝫ ad locũ cordi ꝓpinquũ: lꝫ cor nõ attigat calĩditatẽ ĩ loco illo tãtaꝫ ĩprimere poterit q̃ cũ calefaciẽdo attinget ſm̃ ↄtinuũ cor fe. effimerã gñabit. Cũqꝫ tale apa cũ ſua febre: ꝛ ꝓprie putrida ꝓlõgabit̃: minabit̃ ethicam: ꝛ ipſaꝫ accẽdet. Et proprie ſi mẽbꝝ fuerit diſpoſitũ: ꝛ apa in aliquo nutritiuoruꝫ mẽbroꝝ: vt ĩ epe vel ſtõ. Ingt. n. Abo. Amplius oĩa apata iterioꝝ mẽbroꝝ ĩ mirach vẽtris tenuitatẽ efficiunt: ꝛ macredinẽ cũ collectionẽ fecerint. Efficit. n. tale apa tã grandẽ ĩpreſſionẽ in diſpoſito corpore ↄſumẽdo ꝙ eo reſoluto

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0472-1
DFG

remanet exiccatio ⁊ ethica maxīe cū ꝑciſione mēbroꝝ nu
tritiuoꝝ in qb⁹ eſt: nequeat remitti reſumi ⁊ humectari.
Et qḋ amplius eſt ꝯtingit ipſo reſoluto putridā remanere
feb. ꝑꝑ impſſionē putredinis in humore venaꝝ: q̄re manē
te cā cōſumēte ꝓcedit ethicalis ꝯſumptio: lꝫ cā ꝑmi ſeu fe
bris apatꝫ ſit remota: ⁊ q̄to magis ſi remota nō ſit qꝛ ſtat
ꝑ apa. Et. n. feb. tūc erit duplex ⁊ cōmixta ē feb. q̄ eſt mor
bus ⁊ feb. q̄ eſt accn̄s. In ſpē aūt rōne cāe apatis ⁊ māe q̄
cū ſit cal'a erit colica vel ſanguinea vel ex eis ꝯmixta. ⁊ ſi
militer fe. aut erit colica aut ſanguinea. mā vo frigida nō
niſi faciat collectionē. ⸿ In q̄litate vero eſſentie ſue. ſ. ca
loris rōne ſue cāe rōne mēbri in quo eſt ⁊ rōne vicinitatis
ad cor. Cū. n. mā ſit colica vel colice admixta caloris feb.
acuitas eſt vel erit maior q̄ȝ ſit ſanguinea. cūqꝫ etiā in mē
bris ſanguineis ⁊ arterijs vicinis feb. fortior erit. cū vero ī
neruoſis panniculoſis ⁊ venis vicinis erit debilior niſi do
lor exiſtat. Et qdē nō enumerant̄ iſte feb. a ꝑxodis ꝓpie
vniuſcuiuſqꝫ māeꝝ q̄ effundunt̄ ad apata eaꝝ vel vlcera. ꝑxo
di nāqꝫ eaꝝ ſunt ſ̄ꝫ gn̄atiōnē eaꝝ in mittentib⁹ mēbris ꝑꝑ
debilitatē nutritiue ⁊ fortitudinē expulſiue ⁊ ſ̄ꝫ attractio
nē ipſaꝝ ad mēbra ad q̄ effundunt̄ māe ꝑ caliditatē vel do
lorē ⁊ ſ̄ꝫ receptionē eaꝝ in illis ꝑꝑ defectionē. Cū ergo ef
fundunt̄ māe accidit rigor. ⁊ deiñ addit̄ grauedo: dolor ⁊
īflāmatio in loco apato vel vlcere: ⁊ de vlcerib⁹ idē eſt iu
diciū cū aggregēt putredinē ⁊ ꝓꝑe q̄ apata dcā ſequunt̄.
⸿ Sꝫ dices nunqd feb. vlceꝝ putrida ſit vel ethica cū di
cat. G. ꝙ oīs ptiſicus ethic⁹ ⁊ non putridus ſit. R̄ndit Gal
co vtraqꝫ febris cū ptiſi cū vtriuſqꝫ cā ſil' in ea aſſiſtat. pu
tredo. ſ. vlceris q̄ ē cā putride. Et ipſa febris cū īpedita euē
tatōe ſil' īflāmando ꝯſumēs roriformē hūiditatē cordis
q̄ eſt cā ethice. q̄ qꝛ in ptiſi ꝑualet putride oīb⁹ cauſis con
currētib⁹ ad gn̄ationē ipſi⁹ magis q̄ȝ putride dcm̄ ē a galie.
ipſaꝫ pati ptiſicū q̄ȝ pati putridā feb. q̄ȝ in alijs vlceribus.
⸿ Signa caꝝ ſunt ſigna apatis īterioꝝ mēbroꝝ ꝑceden
tiū q̄ ſupius in ſectōe ꝑma ſunt dcā. Et ēt ſunt ſigna vlcera
tionū ipſoꝝ ⁊ ēt apatū ſunt ſigna ꝓpria q̄ ſupra in caplīs ſu
is ſunt dicta. verbi grā. In pleureſi quoꝝ quedā īdicāt lo
cū vt pulſus ſerinus cū dolore pectoris pungitiuo q̄dā cāꝫ
ſeu mām vt feb. acuitas q̄ īdicat col'aꝫ. Quedā ſunt ſigna
digōnis ⁊ indigōnis māe apatis q̄ ſumunt̄ a ſputo ꝓꝑe. q̄
dā ſunt ſigna digōnis ⁊ indigōnis nō māe apatis vt ꝑdicta
ſed māe ꝯpatiētis in venis q̄ ſumunt̄ ab vrina. Et q̄dā ſūt
ſigna ſalutis ⁊ mortis. ⁊ q̄dā ſunt ſigna criſis que a ꝑdictis
variatis ſ̄ꝫ ſpēꝫ ſument̄ ſic̄ hyp. in affo. ⁊. G. oñdūt. ⸿ Cu
ra febriū apatū eſt q̄tuor res. ꝑma eſt cura apatū ⁊ vlcerū
q̄ ſequunt̄: q̄ dicta eſt ſpāliter ſupra in locis ſuis. ſcđa eſt al
teratio feb. Cōplet̄ aūt cū frigidis ⁊ hūidis ſiue putrida ſi
ue ethica ſit q̄ ex dcis ſupra in caplo generalis curōnis poſ
ſunt haberi. ſint aūt frā tpate ne īcrudēt apa ⁊ ꝓꝑe ſi īteri
us aſſumat̄. ſint aūt ſumpta ex mollificātib⁹ ⁊ lenietib⁹ q̄
lis ē aq̄ ordei: cucumeris: ⁊ cucurbite: ſyrupus viol'. ⁊ ſilia.
nō aūt ſtiptica cū detineāt: ⁊ ꝓhibeāt reſolōnē. ⁊ ꝑide po
tus aq̄ frē inhibēdus niſi magnitudo feb. ⁊ ei⁹ extictio ītē
tionē maturatiōis ⁊ reſolutionis apatis ſupexcedat. Quo
caſu inqt. G. Meli⁹ eſt augmentū. i. īcrudatio apatis q̄ȝ ꝑ
ducere ad arefactionē īfirmū. aliter aūt īfrigidātia ⁊ exti
guentia fortia erūt valde nociua: ēt ſi colicū ſit apa: ⁊ ꝑin
de ſecuri⁹ exteri⁹ cū expedierit miniſtrant̄. Si ergo ſit apa
eriſipilatuꝫ feb. vehemētiā extinguem⁹ cū ſuccis lactuce
ſempuiue: ⁊ portulace: ⁊ aq̄ cucurbite: nenufaris: ⁊ oleo vi
ola. cū ſauich ordei: vel faria ei⁹ exteri⁹ applicatis ſuꝑ locū
apatis. ⁊ cū ſandal' roſ. ſpodio: ⁊ aq̄ roſ. ſuꝑ ꝑncipalia. ⁊ oxi
rodino capiti. que etiā ſi opꝫ infrigident̄ in niue. Tertia ē
regimen cibi ⁊ potus ⁊ eſt dieta extenuatiua cum lactucis
ſauich ordei ⁊ aq̄ eius. Ingroſſatio. n. eſt cā apatis ⁊ mor
tis etiā ſi ſit virtus defecta. Quarta eſt correctio accn̄tiuꝫ
quā regras. ꝫ. in ſectōe ꝑma ⁊ īfra vbi de apatib⁹ dcm̄ ē.
⸿ Cap. viij. de medicinis febrium compoſitarum.

Ex quo de febrib⁹ ſimplicib⁹ diximus ſ̄m ꝑmiſſuꝫ
ordinē dicendū eſt de cōpoſitis. Sciendū ē aūt ꝙ
ꝯpoſitionis ipſaꝝ ſpēs ſunt ⁊ modi. Species qdeꝫ
ſ̄m ꝯpōnē feb. ſimpliciū q̄rū ē ꝯpoſitio eaꝝ. Modi vero
tripliciter ⁊ ſ̄m ꝯpōnem māerum ipſarū ſimpliciū febriū
a quibus ipſe dependentiam habēt. Et rōne loci ſeu putre
factionis in loco. Et ſ̄m ꝯpōnem motuuꝫ ſeu circuitionis
contritionis ſeu inuaſionis ipſaꝝ poſſunt haberi que mul
tiplex eſt. ⸿ Prima. n. diuiſio eſt in genere ⁊ remota rōne
eſſentie ipſaꝝ. Et eſt. nam febriū quedā eſt genus effime
raꝝ: quedā ethicaꝝ: ⁊ quedā putridaꝝ ſ̄ꝫ quā componet̄
putrida cū ethica q̄ȝ plurimum ſit ei⁹ cā ⁊ nō cū effime
ra. Et licet poſſet ꝯponi: tn̄ non facit ꝯpōnē in cura eius [illegible]
ditio ad putridaꝫ nec eſt diſtinguibilis ab ea cū eius ſigna
debilitate ſua cū fortitudine ſignoꝝ putride obfuſcentur.
Quapropter dixit. G. Supueniēte putrida effimere quie
ſcit effimera: nec etiā ethica cū effimera ꝑꝑeādē cāꝫ. Uеꝝ
qꝛ ipoꝝ triū geneꝝ duo vt ethice ⁊ effimere nō ſīt diuiſibilia
in gn̄a ꝓpinqora: ſꝫ ī ſpēs magis ⁊ ꝓpri⁹ ethica. q̄ruꝫ ſpēs
nō ſunt bn̄ ꝯponibiles eo ꝙ ethice ſpēs īter ſe ordinē hn̄t:
ita ꝙ vna ꝑcedit ⁊ alia ſequit̄ vel ſuccedit. ⁊ deīde alia pri
ma ceſſante ꝑꝑ ꝯſumptionē hūiditatis ⁊ ſue māe ſubiecti
ue ī q̄ accēdit̄ ēt effimere ſpēs. ⁊ ſigna ſint ī ea: lꝫ ſint ꝯpo
nibiles tn̄ nō ſūt ī ꝯpōne diſtinguibiles bn̄: nec ꝯpō cāt va
rietatē magnā ī cura. Solū aūt gen⁹ putride diuiſibile ē ī
alia gn̄a ꝓpiq̄. ⁊ ſpēs hn̄tes ſigna diſtictiua ⁊ manifeſta fa
ciētia ꝯpōnē ī cura: ⁊ ꝑ tāto ꝯpō febrium attēdēda magis
exiſtit ī eo. ſ. gn̄e putridaꝝ. Et ꝑma ſpēs ꝯpōnis erit ſ̄ꝫ pri
mā diuiſionē ei⁹ q̄ ſ̄m. G. ē rōne eēntie ipſi⁹ fe. Et eſt. nā fe
briū putridaꝝ q̄dā ſūt febres ꝑ ſe morbi ex hūorib⁹ ī vaſis
putredīe depēdētis: q̄dā ſūt apoſe. Sic qdē ꝑma ꝯpō feb.
putridaꝝ erit fe. ꝯpoſite ex fe. depēdēte ex apate: cui⁹ ē ac
cidēs. ⁊ ex fe. depēdēte ex hūorib⁹ putrefactis ī vaſis ī qb⁹
apatis putredo īpreſſit vel ecōuerſo. vt dcm̄ ē ſupra in feb.
apatū ſic̄ ē ꝓpie ī pleureſi pyplemonia: ⁊ apate epis. Se
cūda ſpēs ē rōne ꝯpōis māe ſeu hūoris a quo depēdēt. Et
ē nā febriū putridaꝝ dictaꝝ q̄lꝫ: aut ē ſanguinea: aut cole
rica: aut melica: aut f'lica. eo ꝙ a taliū hūoꝝ putrefactiōe
depēdēt: quoꝝ ꝯpō ē ſ̄ꝫ modū ꝑdictū māe q ē duplex. vn⁹
ſ̄m mixtionē. ali⁹ ſ̄m vicinitatē. Et qdē ſ̄m mixtionē q ſu
pra dict⁹ fuit ī tertiana n̄ pura: ⁊ ī quotidiana ex f'late ſalſo
⁊ cauſone: ⁊ flegmone eriſipiloydes. Scđꝫ vicinitatē vo ē
multiplex: cui nūc īſiſtim⁹: ⁊ erit qꝛ cū q̄tuor ſint hūores ī
ſua putreſcētia febres accēdētes ſeruātes ſpēꝫ: vt dcm̄ eſt
ſupra ī fe. ſanguis ex q̄tuor hūorib⁹ ſimplicib⁹ ꝯmixtis ad
īuicē ꝯpoſſibilib⁹ maxīe. qꝛ ī diuerſis locis corꝑis ſituatis
īter venas: vel extra ſic̄ ēt apata diuerſa ī diuerſis mēbris
corꝑis ſituata octo ꝓueniēt ꝯbinatiōes. ſic erit vna ꝯpō fe
bris ſanguis cū febre f'latis. ſcđa febris ſanguis cū fe. col'e.
tertia febris ſanguis cū fe. mel'ie. q̄rta fe. f'latis cū feb. cole
re. q̄nta fe. f'latis cū fe. melica. ſexto fe. col'ice cū fe. melica
ſeptima triū ex his īter ſe. Et octaua oīuꝫ febriū q̄tuor hu
moꝝ ſil' q̄ plīmū ē mortalis. ⸿ Tertia ſpēs ꝯpōnis ipſarū
putridaꝝ ē rōne nō eēntie nec māe: ſꝫ rōne loci vel putre
factōis ī loco a quo ꝓcedit diuiſio ſ̄m ꝯtinuitatē. ⁊ īterpol
lationē ipſaꝝ febriū. Et ē qꝛ cū ſint q̄tuor ꝯtinue ⁊ tres in
terpollate ſpēs ipſaꝝ ꝯpōnū erūt multe. Nā ꝯponi pōt ſy
nocha cū vnaq̄qꝫ aliaꝝ triū ꝯtinuaꝝ. ⁊ cū duab⁹ vl' plurib⁹
ipſaꝝ: aut diuerſi gn̄is ꝓping ex q̄ ꝓueniāt ꝯplicatiōes. 8.
aut diuerſi gn̄is ex q̄ ꝓueniēt ꝯplicatiōes plures. Silr ꝑt
ꝯponi vna īterpollata cū alia. vel diuerſi gn̄is ex q̄ ꝓueiēt
ꝯplicatōes q̄tuor: vel eiuſdē gn̄is ex q̄ ꝓuenire pn̄t ꝯplica
tōes plures. ſ̄ꝫ ꝙ pn̄t ꝯponi due tertiane ⁊ tres tertiane. ⁊
ſilr tres q̄rtane īterpolate ⁊ ēt quotidiane. ſilr pn̄t cōponi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0473-7
DFG

cõtinue ipſe cũ ĩterpolatis diuerſi generis vel eiuſdẽ ex q̃
ꝯplicatione ſpẽs erunt plures.qñq; fiẽtes in p̃ma die. qñꝫ
in ſecũda.⁊ illa eſt mali moris. Eſt.n.hñs motũ ꝑ poros q
ꝯtra nãm eſt morbi acuti vel medij. Et q̃dem cũ deberet
in die ſecũda q̃ſcere vel tepeſcere ⁊ dare nãe ſpatia ſi mo
ueat̃ ſignũ eſt ſue malitie ⁊ grandis leſionis eſt cã. ¶ Ex
quibꝰ ꝯplicationibꝰ oĩbꝰ illaꝫ que ex quotidiana ꝯtinua ⁊
tertiana ĩterpolata ꝯponit̃ Hyp.ſp̃aliter notauit cũ pluri-
mũ accidat inter ꝯpoſitas ex ĩterpolatis ſil' ⁊ continuis ⁊
ex continuis tñ emitriteã ꝓprie noĩans quã horridã ⁊ cõ-
tinuã mediã triteam eſſe ſpecificauit. Et q2 vnicuiq; ſpẽꝝ
modus ſꝫm iuaſiones põt eſſe triplex.ſ.coinuadens:ſubin-
trans:⁊ coalternans. Et emitriteã voluit eſſe ꝯpoſitam ex
quotidiana cõtinua ⁊ ĩterpolata ſꝫm iuaſionis modũ. non
eñ[i]ꝫ oĩs ꝯpõnis modus horridã facit:ſed coinuadẽs ſolus
etiã cum non faciat horridaꝫ cũ iuaſiões ipoꝝ niſi ſint pa
res non vna ꝑdominans alteri vel ſuperans ſicut eſſe põt.
ideo tria ad emitriteaꝫ verã ⁊ ꝓpriã concurrunt.ꝙ ſit con
tinua.quotidiana.eſt eni de genere continuarum febrium
⁊ ꝙ ſit cõplicata tertiane ĩterpolate.eſt.n.emitritea.i.me-
dia tertia vel tertiana. Cũ.n.hyp.tertianã verã ⁊ puraꝫ in
aſſo.dixit ĩterpolataꝫ ĩtellexit ⁊ motus maxie ſue mãe ſit
de cẽtro ad circũferẽtias ſicut.G.dixit. Si mota ad putre-
dinẽ mouet̃ ad extra de venis potius q̃ꝫ putrefiat in illis.
Et q2 dꝫ eẽ horrida oꝫ ꝙ ambe ſint cõpares ⁊ coĩuadẽtes.
largo mõ emitritea põt dici q̃lꝫ putridaꝝ ꝯpõ dicta vicini
tatis ⁊ cõtinuaꝝ cũ interpolatis magis ex ea que cõponit̃
ex tertiana ꝯtinua ⁊ quotidiana ĩterpolata. Alie vero gñe
nois erũt potiẽtes q2 dicent̃ cõpoſite nomẽ ꝓpriũ non hñ-
tes. Et hoc mõ ꝯpõnis dixit.G.morbũ ꝯpoſitũ puta febrẽ
in q̃litatibꝰ ſuis ⁊ etiã cũ ſua cã:⁊ q̃dẽ cũ emitritea ex con-
tinua ⁊ ĩterpolata diuerſi generis ſit ꝯplicata quaꝝ conti-
nua q2 flatica ꝓlongat non ſolũ paroxiſmos ſꝫ ẽt morbuꝫ
totũ ⁊ ĩterpolata:q2 colica abbreuiat ſicut illa ꝓlongat: ⁊
emitritea inq̃ꝫtũ hmõi media erit ĩter cronicã ⁊ acutã. Sꝫ
q2 diuerſitas eiꝰ diſturbat in actiõe nãꝫ:iõq; fiet cronicus
⁊ extendet̃ fortaſſe vſq; ad.vij.mẽſes. Inq̃t.n.G. morbus
hñs multã ⁊ diuerſaꝫ mãꝫ longior eſt hñte vnã.⁊ ſi multã
⁊ illud ſi virtus ſit fortis in tollerãdo. Et qñq; fiet acutꝰ ⁊
breuis:vt q2 finit̃ in ſeptimo.⁊ illud ꝑꝑ magnitudinẽ ſui ⁊
moleſtiã accñtiũ:q̃re neccẽ eſt mãꝫ ſubito vincere vel vin-
ci. Et qñq; extendit̃ vſq; ad.xiiij.vel.xx.⁊ plurimũ ẽ de fe
bribꝰ interficientibꝰ. Si.n.ſola eꝰ cõtinua ꝑiculoſa ẽ nulli
dubiũ eſt ꝙ ſi ſuꝑaddat̃ alia feb.cũ nã non poſſit ſufficere
niſi raro ꝙ plurimũ ſit ĩterficiẽs ⁊ mortalis. Et qñq; ꝑdu-
cit ad ethicã ⁊ alias difficiles egritudines. vt ẽ ydropis:ſin
copis:mania:melia:⁊ epilia:⁊ illud ꝑꝑ ĩpreſſionẽ in p̃ncipa
libus.⁊ etiã cũ illis plurimũ euadit ĩfirmꝰ ab eo. Inq̃t eniꝫ
Abo.non eſt euadere ab egritudinibꝰ ĩterficientibꝰ abſq;
ꝯtractione mẽbri. Qꝫ.G.affirmat dicẽs. Raro ſunt diutur
ni morbi de gñe flatis vel melie quin ĩprimant leſionem
alicui mẽbro. ¶ Sꝫ dubitaret vtiq; ſociꝰ quõ poſſibile eſt
feb.ſanguis ꝯplicari alijs cũ dcm̃ ſit ſupra auctoritate.G.
ꝙ ſanguis putreſcẽs ſuã ſpẽꝫ nõ obſeruat: ſꝫ deſinit eẽ ſan
guis.q2 in alteriꝰ hũoris ſpẽꝫ tranſit. Adhuc videt̃ ꝙ ſan-
guis putreſcẽs in venis nõ febrẽ accendit quin ꝯplicet̃ nõ
tm̃ vni ſꝫ oĩbꝰ putridaꝝ ꝯtinuis ſil'.ſanguis.n. in venis eſt
oĩs hũor vt.G.⁊ Abo.loquẽs in hũoribꝰ dixit.ſi egro putre
ſcit ſanguis:etiã oĩs humor cõtentus in eo. ¶ Reſpondit
Falco ⁊ q̃dẽ dicẽs ad p̃mũ ſicut ſupra in febre de putredi-
ne ſanguinis dictũ eſt.ad 2ᵐ vero dicemꝰ ꝙ ſanguis vere
eſt oĩs hũor in potẽtia ſub forma tñ ſanguis nobis appꝫs
ſub q̃ eſt ꝯtentus vt q2 adinuicẽ vniti ſunt vera mixtione
quo ad nos:ſꝫ actu ſint ĩter ſe diſibiles ꝑ nãꝫ.qð pꝫ. Si.n.
cũ flõmia euacuet̃ q̃ imediate ⁊ directe educit ex venis ⁊
receptis in vaſe aliquo ꝑ ſe ipſos diſtigui videmꝰ q̃ꝫto ma-
gis ꝑ nãm diſtinguunt̃ in venis ⁊ vnus vel duo intrãſpira
biles facti derelinquant̃ a nã ⁊ putrefiant alijs remanen-
tibus cum nã. ¶ Signa compoſitaꝝ febriũ ex ſignis ſim
plicium ſunt ꝯfuſa. Et ꝓinde cognoſci difficilia ⁊ magis ſi
ꝯpoſitio ſit ex his que eiuſdẽ ſunt genaris. vt tertianariꝫ
⁊ continuaꝝ:quotidianaꝝ:⁊ quartanaꝝ ſil' vel ĩterpolata
rũ ipſaꝝ. Et etiã ſynoche cũ tertianaꝝ aliq̃ vel ꝯtinuariꝫ
⁊ ĩterpolataꝝ eiuſdẽ generis ⁊ eſt tertiana ꝯtinua ⁊ ĩterpo
lata ſil' ꝯplicata.⁊ ſic de alijs. Inq̃t.n.Ari. propinquorum
difficilis eſt cognitio ⁊ electio:⁊ maxime ſi ſꝫm modũ coin
uaſionis ꝯpõ ſit eaꝝ.eſt.n.difficilis cognitionis modus ta
lis magis.deinde modus ſubitraneus.⁊ deĩde modus co-
alternatiõis. Sed ſiq̃dẽ ſit ꝯpõ ex febribꝰ diuerſi generis
remoti vt putride ⁊ ethice:vel ꝓpinqui vt ẽ ꝯpõ quotidia
ne ⁊ tertiane vel q̃rtane ĩter ſe:⁊ ſinoche cũ quotidiana vl
tertiana vel q̃rtana.eiꝰ cognitio ẽ minꝰ difficilis ⁊ ꝓprie ſi
ꝑ modũ coalternatõis exiſtit.deĩde ſubitratõis. deĩde co-
inuaſionis.q difficilior ẽ inter oẽs.⁊ ꝓpe ĩ emitritea. Inq̃t
eni Ari. In longe diſtantibꝰ diſtinctio facilis eſt ⁊ electio.
Et q̃dẽ ex eis ſunt q̃dã cõia ⁊ q̃dã ꝓpria. Et cõium q̃dã ſũt
q̃ ſunt cõia ſpẽbꝰ ꝯpõnis febriũ q̃ diuerſi ſũt gñis:vt putri
de ⁊ ethice. Et ſunt q2 cũ videris febrẽ putridã ſũpto cibo-
fieri ĩcõtinẽti aſcenſuꝫ caloris vel febrẽ ꝯtinuã hr̃e ĩcõtinẽ
ti aſcenſuꝫ caloris poſt cibuꝫ cũ duritie:ꝑuitate ⁊ ĩeq̃litate
pulſus.⁊ ſuꝑaddi rigorẽ vel frigꝰ aliq̃ horaꝝ. ⁊ deĩde calo-
rẽ declinare cũ hũectatõe remanẽte pl'ſus duritie cum fe-
bre:⁊ tũc iudica ꝯpõnẽ ethice cũ putrida fe.ꝑcedẽte vel ſe
quẽte. Et q̃dã eoꝝ ſunt q̃ ſũt cõia ſpẽbꝰ ꝯpõnis febriũ eiuſ-
dẽ gñis ꝓping vel ſpẽi. Et ſunt q̃ Abo.poſuit cũ ait. Et ẽ vi
dere febrẽ ꝯcluſaꝫ:⁊ ĩ ea rigor:⁊ nõ ẽ ſudor:⁊ fortaſſe acci-
dit ĩ rigoribꝰ plibꝰ ſudor vnꝰ:tũc teſtifica ĩ ea ꝯpõnẽ febriũ
eiuſdẽ gñis.ſuple ex ꝯtinua ⁊ ĩterpollata. Et ſil'r cũ videris
ĩcõcluſaꝫ ſuꝑfluitatẽ ĩ frigore ⁊ rigore:ſꝫ ꝓ q2 fortaſſe paꝝ
ẽ de ea ĩcluſa. Inq̃t.n.G. Oĩs fe.ꝯtinua ſꝫ rõnẽ ſui ipſiꝰ cũ
certa fuerit nullũ horrorẽ hꝫ nꝫ rigorẽ:neq; q̃ ꝯpoſita ẽ ex
eis erit horrida ſil' ⁊ ꝯpoſita. Et ſil'r cũ videris addi febres
⁊ extẽdi vltra debitũ:⁊ nõ ẽt deficere calorẽ:tũc iudica cõ
poſitionẽ cõtinuaꝝ. Et ſil'r cũ febrẽ videris ĩcipere cũ hor
rore:⁊ addi cũ calore eiꝰ aſcẽdẽte vltra debitũ eiꝰ:vel ĩcipe
re cũ rigore aut frigore: ⁊ aſcẽdẽte calore ſuꝑaddi rigorẽ:
aut frigꝰ:⁊ extẽdi calorẽ:⁊ ĩ calore ſudorẽ: ⁊ poſt ſudorẽ re
manere caloreꝫ: ⁊ deĩde declinare cũ ſudore vel abſq;:vel
nõ declinare:tũc iudica cõpõnẽ ex ĩterpollatis. ¶ Signa
võ ꝓpria ſunt ſigna q̃ vnicuiq; ſpẽi cõpoſitiõis cõueniũt q̃
ꝑ te poteris arbitrari.cũ hic ponere oĩa ſit difficile ⁊ lõgin
quũ. Soliꝰ aũt illiꝰ cõpoſitionis quã hyp. ꝓprie emitriteũ
noĩauit:ſigna ponemꝰ. Et ſũt nã ĩcipit ĩ p̃ma die ꝯpõis cuꝫ
horrore: aſcenſus caloris ẽ ĩeq̃lis ⁊ diſꝑtirꝰ ꝑꝑ mãe diuer-
ſitatẽ ⁊ pugnã eaꝝ ĩter ſe ꝑterrẽteꝫ nãꝫ. Quare retrabitur
nã:⁊ multiplicat̃ horripillatio bis ⁊ ter: vel ampliꝰ: ⁊ ꝓpe
apud aſcenſum caloris:ẽt illo die febris minoris acuitatis
erit q̃ꝫ expedit tertiane:⁊ minoris obtuſionis q̃ꝫ cõueniãt
quotidiane. ⁊ eiꝰ ſtatꝰ ẽ lõgior q̃ꝫ tertiane conueniat:⁊ bre
uior q̃ꝫ quotidiane:⁊ cuꝫ plibꝰ accñtibꝰ ⁊ ĩtẽſis magis. ⁊ cũ
repellit tepeſcit plĩmũ abſq; ſudore: ⁊ qñq; cũ ſudore ꝑꝑ dẽ
clinatõeꝫ tertiãe:nec ceſſat ex toto.q2 ceſſante tertiana:re-
manet calor quotidiane cõtinue. Et ĩ p̃ncipio cõmotiõis ⁊
ĩuaſionis ẽ plĩmũ cũ ſubeth ⁊ ſtupore euigilatiuo. ⁊ ĩ ſtatu
cũ aliẽatiõe ꝑꝑ ĩtẽſionẽ febriũ duaꝝ adinuicẽ coniũctaꝝ
ĩflãmãtiũ cerebꝝ valde. Et ꝑꝑ replõnẽ eiꝰ ex vaporibꝰ di
uerſis ⁊ multis:⁊ cũ ingetudine ⁊ anguſtia m'ta. Et pulſus
ẽ velox ⁊ freq̃ẽs inordinatꝰ:⁊ ineq̃lis ꝑꝑ diuerſaꝝ mãeꝝ
pugnã cuꝫ nã ⁊ grauamine ipſiꝰ. Et exeũtia ꝑ vomitũ ⁊ ꝑ
ſeceſſuꝫ ſunt ex colã ⁊ flate eq̃liter mixta vel cõiuncta. Et
vrina ẽ mediocris in ſubã ⁊ calore ĩter vrinã ꝯtinue ⁊ vri-
nã tertiane.⁊ plurimũ ei diſtãs:nec flatica nec colica.Se-

quenti vero die ſtabit febris ⁊ ſuperaccendetur cū frigore
pauco abſq; horrore: ⁊ calor eſt minor ⁊ etiā accñtia: deide
tepeſcit. Sz in tertia redibit aliqd qđ fuit in pma die ɔpō
nis pꝑter cōplicationē tūc tertiane cū quotidiana ⁊ cōmo
tionē mārū eaꝝ ſil': ⁊ cōcurrent cōſil'es circūſtantie ex cō
plexionis ⁊ ɔſuetudinis mutatōe ⁊ aliaꝝ opationū ad ge/
nerationē diuerſoꝝ humoꝝ ⁊ flatici ⁊ colerici. Cum vero
compō quotidiane ɔtinue ⁊ tertiane interpolate nām cer/
tam non ſeruauerit emitritei neq; modū: vt qꝛ māe vriuſ/
q; non ſint pares dominantis ſigna dominabunt̄. Et ſi co
lera dominabit̄: erit horripl'o magis ad rigorē tendens. ſi
fl'a minus ⁊ magis ad frigus. ⁊ dñante fl'ate puro: incipiet
cū ſtupore. colera vero dñante cū alienatiōe erit i augmē/
to ⁊ ſtatu: ⁊ ſic de alijs. Et ſi ſecūdū modū ſubintratōis exi
ſtat apud ſtatū ⁊ augmētū calori videbis ſupaddi rigorē:
ſi cōtinua ſit pcedēs vel frigus ⁊ paruū typū ſi tertiana p/
ceſſit: ⁊ extēdi calorē vltra debitū pcedētis febris. Et qñz
in declinatione tertiane ſequi ſudorē: qñq; vero nō. ⁊ ma/
xime qñ ɔtinua ſuꝑuenerit tertiane: qm̄ humores eius re/
ſtrigit ſua frigiditate ⁊ ſua ſupaddita cal'itate cōſumit. Si
vero ſm modū coalternatiōis exiſtat ɔpō in mixtis ex cō
tinuis ⁊ iterpolatis vel ex ſolis ɔtinuis talis cognitio locū
nō hz: ſz in iterpolatis ſolū. Et quidē cū ɔpō fit ex tertiana
continua ⁊ quotidiana iterpolata quā Serapio purū emi
triteū dixit. qm̄ ſi ſint coinuadētes non coinuadūt cū hor
rore: ſz cū tepore magis vel frigore pauco. ⁊ alia ſuccedet
ſicut eſt in cōmixtione pcedenti. ſi vero ſint ſubintrantes
ſil'r. Sed ſi ſit ɔpō duaꝝ ɔtinuaꝝ etiā ſi ſint diuerſi gene/
ris vel ſpeciei oino non erit horrida: ſed calor fortior: inge
ſtudo ⁊ anguſtia maior: ⁊ accñtiū vehemētia. Sed ſiqdem
ſit duaꝝ interpolataꝝ ⁊ ſint eiuſdē generis vel ſpeciei: plu
rimū ſunt ſubintrātes vel coalternantes. ⁊ tunc videbis ſi
ſubītrātes ſint plongatos paroxiſmos febris. Et qñz ſtāte
vna feb. ſa declinare ipſius primā cū ſudore ⁊ qñq; ſine ⁊
nō deficere in febricitatiōe: ⁊ qñq; deficere. Si vero coal/
ternantes ſint: vt qꝛ quelz ſuū diē occupat: ſigna erūt diſti
cta ⁊ manifeſta. Et ſi quidē ſint tres iterpolate qrtane cō/
plicate quelz ſuū diē occupabit in affligēdo. Si vero tres
tertiane vna die erūt duo paroxiſmi: altera vn⁹. Et ſi due
quotidiane qlz die duo: ſm alteꝝ triū modoꝝ: vl' pma die
erit vnus. alijs duob⁹ diebus duo. ¶ Et cura ɔpoſitaꝝ fe
briū duplex eſt. generalis ⁊ ſpālis. Generalis ē quaz. G. de/
mōſtrauit dicēs. Singuli morbi ſimplices ſimplici medi/
cina medicabunt̄. ɔpoſiti: ɔpoſita. ⁊ ſi eq̄les ſint eq̄libus.
⁊ ſi ineq̄les ineq̄libus. vno plus: altero min⁹. Spālis eſt q̄
vnicuiq; ſpēi ɔpoſitarū ɔuenit q̄ ex cura ſimpliciū pdicta/
rū pōt hēri. Jnqt. n. G. Nos. n. nō poſſum⁹ vti medicis cō/
poſitis ſm canonē ⁊ viā rectā: niſi qñ ſciuerimus virtutes
medicinaꝝ ſimpliciū: ⁊ in hoc ē necāriū igeniū ⁊ vſus lon/
gus. Et ē duplex. vna que debet̄ cōpoſitis ⁊ diuerſis gene/
ribus remotis vt ex putrida ⁊ ethica. Alia que debet̄ ɔpo/
ſite ex generib⁹ ppinquis vl' ſpēbus eorūdē. Prima pter/
miſſa vſq; ad accñtiū correctionē tāq; ea q̄ eſt ɔpoſita ex
cā ⁊ effectu. dictū. n. eſt ſupra ꝙ plurimū ad ethicā pducit
cauſon ⁊ alie putride q̄ multū plōgant̄. De ſa ɔpōne que
ex generib⁹ vel ſpēb⁹ fit putridaꝝ dōm ⁊ ſpēb⁹ ei⁹. Et qui/
dē de oib⁹ difficile ⁊ q̄ſi incōprehenſibile eſſet dicere. ⁊ p/
inde de cura eius quā hyp. verā emitriteā appellauit dica
m⁹ tm̄. vt per eā manuduct⁹ ad alias poſſis curā vnicuiq;
put ɔpetit miniſtrare. ¶ Eſt ergo ſciendū ꝙ emitritei pu
ri ⁊ certi ſeu veri cura ſpālis ē q̄ttuor res q̄ ex cura ſimpli/
ciū ſūt collecte. ſ. abſciſio cāe. alteratio febrilis diſcraſie. ⁊
regimē i dieta in cibis ⁊ potib⁹. ⁊ correctio accñtiū. Cauſe
abſciſio pōr eſt alteratione febrilis diſcraſie. curōnis. n. in/
tentio magis vertit̄ in hoc morbo ſupra cāz q̄ ſupra febrē
eo ꝙ cā eius mīta eſt ⁊ diuerſa māz aggrauās ⁊ ſue ineq̄li
tate diſcraſie moleſtās ⁊ pturbans ⁊ terrēs. Jnqt. n. Abo.
Mala ɔpl'o diuerſa deteri⁹ in corpe efficit nocumentū q̄
ɔſil'is ⁊ eq̄l': lz ſit mala. feb. vō i acuitate ē pp flatis mixti/
onē remiſſa. ¶ Cōplet̄ aūt ipi⁹ abſciſio alteratione ⁊ euō/
ne. Alteratio vō miorātiōe qꝛ in mā multitudo ē ⁊ diuerſi
tas: ⁊ adeq̄tōe in reſiduo. Mioratio vō hz ɔpleri cū cliſte
rib⁹ leuib⁹ ⁊ vōitib⁹ in pncipio q̄ mūdificāt iteſtina ⁊ ſtōz
⁊ educūt minorādo ex pmis venis vt ſupra in quotidiana
ē dcm̄. Et deiñ ex minorātib⁹ ex alijs venis ⁊ ptib⁹ ſubcu/
taneis vt cū puocātib⁹ vrinā ⁊ ſudorē cū lenitate ſi pctīn
ſit in ſanguie cū flōmia mioratiua ſi vtus etaſq; ɔſenſerit
vel cū pportionalibus ei ⁊ alijs ſolutiuis abſq; ſtipticitate
mīta vt ſt mirobol'. ⁊ eis ſil'es. Ex qb⁹ ppriū ē abſinthiūz
qđ ſubtiliat ⁊ abſtergit fl'a: ⁊ col'az educit ſi pctīn in ſangui
ne nō appet: ſz oz ꝙ poſtponant̄ talia ſolutia vſq; p⁹ ſepti/
mū vel octauū donec ſit fcā aliq̄ digō i mā cū ex ſe idiſpo
ſita ſit mā valde ⁊ miorationi cū eis. vt ſupra in quotidia
na eſt dcm̄ quaſi mā diſſoluet̄ ⁊ nō educet̄ ex illis niſi ſint
ex eis q̄ nām leniēdo ſoluūt. nō ingetant ⁊ cōmouent. ⁊ ſic
digōni reſiſtūt. ut ſunt aq̄ alubleb: geleniabin: ⁊ medulla:
cartami pp fl'a: ⁊ cū tereniabin: ⁊ xiracoſt: aq̄ porroꝝ ⁊ or/
dei cū ſyrupo viol. ⁊ melle caſſief. pp col'az. Opz aūt vt ta/
lia ſint equal'r mixta ſm ptes vel tempa: cū he ambe māe
ſint eq̄l'r ſupantes. Or ſi ieq̄les ſint pdominanti attēdat̄ i
ɔmixtiōe eaꝝ magis. talia. n. mūdificāt ſanguinez: ⁊ ab eo
fl'a ⁊ colerā minorādo dimittūt nām lenificataz ⁊ mām. ⁊
deide reſiduū ipſi⁹ digōni ɔplete diſpoſitū ⁊ eradicationi.
Opz quoq; vt cliſteria ⁊ vomit⁹ ſint cū his q̄ māz vtrāq;
reſpiciūt: q̄lia ſūt cliſteria ex aq̄ decoctiōis maluaꝝ viola
rū mercurialis ⁊ furfure cū caſſia. ⁊ melle viol'. ⁊ ſucco ble
te cum oleo violato: ⁊ amigdalaꝝ amaraꝝ ⁊ ſalis. Et q̄lia
ſūt ex vomitiuis ſyrup⁹ acetoſus cū aq̄ rafani pp fl'a ⁊ aq̄
tepida dcoctiōis ſeiuz attriplicis cū aceto pp col'az. ſint āt
eq̄l'r mixta vel iequal'r. ſi ieq̄l'r ſunt māe abūdātes. Et ſil'r
puocatiue vrine ex cal'is diureticis: ⁊ frigidis mixta q̄ ſūt
nota. ⁊ ēt ſudorē vt eſt vinū vel oleū anetinū cū aq̄ tepida
q̄ illoꝝ remittit caliditatē. deide ſupra reſiduū māe oz p/
cedere cū adequatiōe ipſi⁹ ⁊ maturatiōe q̄ via eſt pueniē/
di ad ſtatū ſalutis: ⁊ dominet̄ ſupra māz morbi. donec di/
nidat: ⁊ ɔplete expellat: aut ex ſe cretice: aut medici artifi/
cio coadiuuata. Cōplet̄ aūt ei⁹ adeq̄tio cū his q̄ ex ſimplici
b⁹ ⁊ ɔpoſitis dicta ſunt ſupra i cura quotidiane ⁊ tertiane i
ſimul mixtis ſz māeꝝ neceſſitatē. Et cū alijs ſimplicib⁹ ⁊
ɔpoſitis appropatis. Et ex ſimplicib⁹ vt aq̄ ordei cū vtute
piperis q̄ hyp. ⁊. G. curauerūt emitriteū. Et ē vt in lib. y. aq̄
ipſi⁹ bulliāt grana piperis nigri ɔtrita. xl. ⁊ i pecia rara li/
gata ſufficiēter. deide colet̄ ⁊ reſeruet̄ ⁊ det̄ cū fuerit op/
portuna nō in potu cū cibo vel ſine: ſz in ieiunio cū melle
roſ. vel poſt ſirupū acetoſū p duas horas qm̄ abſtergit qđ
digeſtū ē p ſyrupuz: ⁊ fert maturationez i reliquo vtriuſq;
māe: nā. n. ſapiētiſſima nr̄a diſpēſans corpa i tali medicia
ɔpoſita ex eis ⁊ alijs ſilib⁹ ſūt: ex quo pmixtionē illoꝝ con
frāgi coꝝ adiuicē ſunt exceſſus ⁊ reducta ē ad tēperiē cuz
tēperamēto ei⁹ exiſtēte icōpoſito reſiſtit ⁊ alterat māz ca
lidā atq; frigidā: ⁊ febris exceſſuz: ⁊ cordis iflāmationē re
mittit. Et deide ſi expediat ad digōnē illaꝝ ɔplēdā magis
ſegregat iter ea: ⁊ ponit vtutē cal'az piperis ad ptē flatis di
gerendam: quia corpora febris ⁊ cor nō inflāmantur cum
a virtute aque ordei ſit confracta: ſed fit aqua ordei cum
ſua virtute adiutrix: virtute piperis ad penetranduz in ve
nas in qb⁹ fl'a peccās exiſtit. Et ei⁹ vtutez ponit ad ptē co/
lere ⁊ cordis ne iflāment̄ ſic pnceps Abo. ɔdictioni. G. nī/
dit. qđ. G. ɔfirmauit cū dixit. Diuz nā opatrix: medic⁹ vō
miſter. pōt nāq; opator magr̄ ex miſtratz ſibi p diſcipulū
iſtīm vnū qđ ē necāriū ſibi eligere ad hoc. aliđ vō in alio. ⁊
vnū recipe: ⁊ aliud ptermittere. Alr. n. nec vni⁹ ſimplicis

medicine opatio erit in copore:nec ꝯpoſite.opatio.n. me/
dicine nō niſi diſcretionib⁹ ⁊ regulationib⁹ fit nāc vt dcm̄
eſt ſupra. Cōpoſita ꝓpria ſunt que īfra dicent̄. digōne vo
pfecta ſi nā cretice ſicut ꝯſuenit expellat ſilentiū eſt hñ/
dū. Si vo nō:oꝫ vt eradicet̄ cū pdcis oib⁹ vel plurib⁹ for/
tificatis in virtute ⁊ augmētatis in q̄to. Et cū ſolutiuis ꝓ
prie q̄ hñt educere a remotis. ⁊ vehemēti⁹ ꝓut ꝯuenit era
dicationi:q̄lia ſunt q̄ in cura quotidiane ⁊ tertiane ſunt di
cta. Alterōnē febrilis diſcraſie ꝯplēt q̄ cū tēperamēto in/
frigidāt ⁊ ꝯfortādo oīa pncipalia ſic febrē remittāt ⁊ cole/
rā alterēt vt nō rapiat̄ ad caput ⁊ alienationē vel freneſiꝫ
faciat. ⁊ ꝙ fl'a nō icrudēt nec coagulēt:ne ad ſtuporē vel li
targiā pducāt. Et ꝓinde exteri⁹ applicant̄ tuti⁹ q̄ꝫ īterius
miniſtrent̄ ſi bono mō ſufficiāt. q̄lia aūt ſint ex pdcis ē no
tū. Regis vo ordiatio ⁊ dieta cibi ⁊ pot⁹ ē vt regat̄ cū ci/
bis ⁊ potib⁹ ſubtiliātib⁹ cū caliditate tpata:vt ē aq̄ cicer:ſi
cla:⁊ ſpagus:borago:feniclus:capparis:⁊ ꝯſil'es. Et cū alte
rātib⁹ vt kiſt ordei:vl' endiuia:lupuli ⁊ ſil'es. Et ex carnib⁹
⁊ alijs virtutē nutriētib⁹ ⁊ magis ꝯfortātib⁹ īdigētiā eius
ibi dcis qñꝫ īſil' mixtis vel nūc cū his:nūc cū illis: q̄les ſūt
quos ēt ſupra diximꝰ ī cura quotidiane ⁊ tertiane. Sit aūt
groſſus mediocris vel ſubtilis ſcđꝫ ꝙ arbitrari poteris lō
gitudīeꝫ ei⁹. ⁊ in alijs ꝯditionib⁹ ſit ꝓut in ſupiorib⁹ dictū
eſt. Accn̄tiū vero correctio ei⁹ ē accn̄tiū pdictoꝝ in cura
quotidiane:tertiane ⁊ q̄rtane vt ſtuporis ⁊ alienatōis ⁊ vi
giliaꝝ:litargie:ac freneſis. quoꝝ ex cōi ſupius eſt nota cor
rectio. Et ēt ydropiſis:melie:epilie:⁊ manie:ad q̄s pducet
qñꝫ:⁊ apud receſſuꝫ ei⁹. Et ex illis eſt ethica:ad quā freq̄n/
ter pducit pp m'tiplicationē febriū in ea ⁊ ꝓlōgatōeꝫ ipi⁹
de q̄ ſtatim ſubiūgem⁹ capl'ꝫ ſpāle duplex. pmū de ea ⁊ cu
ra ei⁹. 2ᵐ ē ꝯpōnis ei⁹ cū putrida. deīceps medicīas ſubiū/
gem⁹ ꝯpoſitas ⁊ exptas. ¶ Syrup⁹ valēs ad febres ꝯpoſi
tas ⁊ pmixtas ē ſyrup⁹ acetoſus dyarodon. ⁊ ſyrup⁹ aceto
ſus de ſuccis herbaꝝ quoꝝ deſcriptōeꝫ poſuim⁹ in antido
tario nr̄o. Et ex approp̄iatis hui⁹ ſunt troci. de abſinthio: ⁊
troci. de roſ. ¶ Et ex appropatis emitriteo puro ſūt troci.
Abo. q ℞. roſ. radicū ligri. añ. ʒ. iiij. tereniabin. ʒ. iij. ſpice:
ſucci abſinthij:ſpodij. añ. ʒ. ij. Fiāt troci. ʒ. i. cū ſyrupo ace/
toſo. ¶ Pill'e bone ad eā:⁊ ꝓpe qñ ꝓlongant̄ ⁊ ledit ſtōm
⁊ viſcera ⁊ valēt ad alias ēt ꝯpoſitas hmōi malitie. ℞. alo/
es:maſtic̄:ſucci eupatorij:mirob. reubar. ſucci roſ. ru. ana.
ptes eq̄les. croci:pteꝫ. ſ. fiāt pill'e cū aq̄ endiuie ⁊ ſit doſ. ʒ.
ij. ¶ Decoctio bona ꝯferēs ꝓprie digōni. ℞. aloes: maſti/
cis:ſucci abſinthij:roſ. añ. ptes eq̄les croci. ʒ. ſ. Informēt̄
pill'e ⁊ doſ ſit. ʒ. ſ. mane. Syrup⁹ valēs ad febres ꝯpoſitas
quē ꝯpoſuit Abo. eſt ſatis bon⁹. ¶ Syrup⁹ ex inētiōe nr̄a
efficax ⁊ exptus ad emitriteū ver. ℞. bedeguar:yſopi:ba/
ſce:lupuloꝝ:gramis:endiuie:eupatorij:abſinthij:capil. ve.
cuſcute. añ. ℥. i. ſe. cucurbite:citrulloꝝ:melonis: ⁊ cucume.
añ. ℥. ij. ſquināti. ʒ. ij. ordei:ciceꝝ. p. i. ligri. violaꝝ:roſ. añ. ℥.
i. çuccari lib. i. aceti. v. radicū cōiuꝫ. ℥. ij. In pecia rara buli/
ant. corticū citri. ſandal'. ſpodij. añ. ʒ. i. cinamōi:ligni aloes:
añ. ʒ. ſ. doſis ℥. ij. ī aurora cū tepida. Si vero ꝯtinua ſit ter/
tiana ⁊ quotidiana ſit iterpolata:multiplicent̄ fr̄a ⁊ mino
rent̄ cal'a. Et illud ſi inequal'r dn̄ant̄ humores ambo. ſi vo
equal'r etiā ſed min⁹ pp febris ꝯtinuitatē ob quā vincit i/
tentio colere. ¶ Syrup⁹ ex inētione nr̄a efficax ⁊ exptus
cōpoſite ex colera ⁊ melia. ℞. radicū:feniculi:endiuie ſco/
lopendrie:petroſelini:reſidētiū in aceto. añ. ℥. i. thimi:epi/
thimi. añ. ℥. ij. calēdule:lauēdule: capil. ve. lupuloꝝ. añ. ℥.
i. ligri. paſſulaꝝ enucleataꝝ. añ. ℥. i. lēticulaꝝ: aq̄ nenufarꝫ
añ. ℥. i. ſeium cōiuꝫ corticuꝫ capparis. ana. ℥. i. ordei: ciceꝝ.
añ. p. i. ſucci boraginis ⁊ bugloſſe depurati. añ. ʒ. vi. çuccari
lib. i. geleniabin. ℥. iij. aceti radicū pdictaꝝ. ʒ. iij. Aromati/
çetur cū cortice citri. ſandal'. ſpodij:⁊ roſ. Doſis in aurora
ad digōnē ꝓcurādā. ℥. ij. cū tepida. ¶ Syrup⁹ ali⁹ ex iuen

tione nr̄a ad ꝯpoſitā ex fl'ate ⁊ melia: vt ex quotidiana ⁊
quartana. ℞. bedeguar:gūmi:abſinthij:cuſcute: thi. corti/
cū capparis:origani:ſcolopendrie:cū radice eupatorij: en/
diuie: añ. ℥. i. radicū qnq; cōmuniuꝫ ſeruataꝝ in aceto. añ.
℥. i. çuccari. lib. i. geleniabin. lib. ſ. ſucci granatoꝝ muçoꝝ ⁊
pomoꝝ dulciū añ. ℥. ſ. aceti pdicti. ℥. ij. ī pecia rara buliāt:
lignialoes: cinamomi. ana. ʒ. i.
¶ Summa tertia particule pme ſectionis ſecunde que ē
de medicinis febriuꝫ ethicarum.

# Sequitur ſumma tertia

particule pme ſectōis ſcđe q̄ ē de medici/
nis febriū ethicaꝝ. ꝯtinēs capitula. iiij.
¶ Cap. pmū eſt generale de ethicis ⁊ ſi/
gnis eaꝝ oīum in cōmuni.
¶ Cap. ij. de cura ethice febris.
¶ Cap. iij. de cura ethice ſenectutis.
¶ Cap. iiij. de cura vel medicīs ethice ꝯpoſite cū putrida.

¶ Capitulum pmum eſt generale de febrib⁹ ethicis ⁊ ſi/
gnis earū omnium in communi.

e Thica corpis ē exiccatio ⁊ ꝯſumptio. Et ē duplex.
q̄dā q̄ ē febris ⁊ quedā q̄ non ē feb. ⁊ noīat̄ ethica
ſenectutis:de qua īfra dicet̄ lꝫ ad ſectionē tertiaꝫ
ſpectet vbi de cura macredinis xp̄o duce dicem⁹. Que vo
ē calor pter nāꝫ acut⁹ ⁊ fortis in hūiditatibus notis q̄tuor
mēbroꝝ radicaliū fundat⁹ ⁊ ꝓpe cordis cui⁹ ꝓpria paſſio
ē oīs febris. Jngt. n. G. nō dr̄ febris niſi cū calefat cor. Cui⁹
ſunt due ſpēs ſm̄. G. ſ. ethica abſolute ⁊ maraſm⁹ icipiēs ⁊
ꝯpletus ⁊ ſunt ſm̄ ſemitā īflāmationis tn̄ ꝓut halyabas
voluit. Fit autē ſꝫ duplicē modū. q2 aut eſt icipiens: aut
aliū morbū ſequens: ⁊ hoc ſꝫ cāe diuerſitatē. Cū. n. icipiēs
eſt ei⁹ cā iterior eſt. ⁊ ē caliditas aeris mot⁹ corporei ⁊ aialis
⁊ aliaꝝ ꝓcacarticaꝝ cāꝝ ꝓueniēs ad cor: pncipal'r ⁊ de co
ad radicalia mēbra vel ecōuerſo vel vtraq; ſil': ⁊ eſt plus ī
flāmans ⁊ ſua fixiōe in eis tal'r vt ſit calefacta ꝯſumēs hū
miditates coꝝ ordinate ſm̄ ſupius dictū modū ⁊ eſt raro.
Raro. n. caliditas exterior ꝓuenit ad cor ⁊ radicalia mēbra
cū frida ſint ⁊ dura ꝙ īflāmet ea vſq; ad terminū qn̄ ꝓus
ꝓueniat ad īflāmandū ſpūs ⁊ hūores ſua caliditate paros ⁊
ſubtilitate ⁊ raritate ſube niſi cum tante ſit acuitatis ⁊ po
tētie ꝙ ptergrediat̄ illos tanq̄ꝫ ſubiecto īdiſpoſita ad reti
nēdū ipreſſionē ipſius ⁊ ꝓueniat ad īprimēdum in ſolidis
mēbris tanq̄ꝫ potētie ſue ꝓportionatis vt figat̄ in ipſis ꝓ
pter ſoliditatē ipſoꝝ ⁊ illud eſt raro: tn̄ poſſibile ē. Jngt. n.
Algagel. vidim⁹. n. ꝙ fulgur ferrea inſtra cōbuſſit q̄ in pe/
nariolo cirugici ꝯtinebant̄ ⁊ penariolū dimiſit illeſuꝫ. Cū
aūt eſt ſeq̄ns aliū morbū: cāꝫ ei⁹ ē iterior ⁊ calor febrilis ef
fimeraꝝ min⁹ pp debilitatē ipaꝝ ⁊ durationis breuitatē.
vel illū q̄nq; adiuuet mēbroꝝ diſpoſitio maior ad īprimē
dū: vel putridaꝝ magis vt emitriteaꝝ ⁊ ꝓpe cauſonidoꝝ
ꝓlongatorū valde pp vicinitatē putredinis ad cor ipſꝫ di/
ſpoſitū ⁊ alia radicalia mēbra. Et apatū ⁊ vlceꝝ magnoꝝ
vicinoꝝ mēbroꝝ pp vicinitatē ꝓpiquā vt pulmonis pleu
re. dyafragmatis lꝫ apata taliū mēbroꝝ citi⁹ mortē indu
cūt q̄ꝫ ad ethicā ꝯpletā pducant vel vicinitate remota vt
epatis ſtōi renū mr̄icis veſice viſceꝝ ⁊ ani. ⁊ ꝓpe cū in cu
ra ipſoꝝ iteruenit error. Cū. n. tales febres putride acci
dētes ꝓlongent̄ pmū corrūpūt hūiditatē corporis: poſtea
ipſiuꝫ reſoluūt ſua vehemētia ⁊ rē ſiccā dimittūt cinericiā
vt dixit Abo. deīde ꝓcedit ad mēbra ſanguinea ⁊ ea exic
cat ⁊ liq̄faciēdo ꝯſumit: nec tamē adhuc erit ethica: lꝫ ad
eā ſit diſpō magna. Deiñ cū ad exiccādū ⁊ ꝯſumēdū hūi
ditates ſolidoꝝ ꝓuenerit ⁊ ꝓpe cordis ethicā fac̄ certā. Et
maxie cū in cura eaꝝ iteruenit error ⁊ effimeraꝝ ſil'r vt
q2 obmittant̄ necaria. Ex ꝯtingētib⁹ iteri⁹ approximādis
vt ē aq̄ fr̄e pot⁹: ⁊ exterius ſup cor ⁊ epar. Et miniſtrent̄ ex

nociuis ⁊ inflāmantibus cū ſupfluitate vt emplaſtꝝ ex ar
tomellis: ⁊ itus vt cibus carniū ⁊ aque eaꝝ ⁊ potus vini: ⁊
electuaria calida vt dyamuſcū ⁊ ſilia pp caſuz vtutis ⁊ fre
quentiaz ſincopis. Et qꝛ in illis ⁊ effimeris dyatritū ⁊ ieiu/
nium obſeruet in īfirmo colico in ieiunys laborantiū cor/
poris ſiccitate: talis enī error non phibebit ab illis ethicā
generari: ſ3 vt generet auxiliabit magis ita vt illis ɔplice/
tur vel illis recedētib⁹ remaneat ⁊ pcedat. ¶ Ethica ve
ro q̄ nō eſt febris: noīata ethica ſenectutis eſt cōſumptio ⁊
exiccatio corporis ⁊ mēbroꝝ oīum abſq3 febre. Et gdē vo
cata eſt ethica pp ɔuenientiā cū p̄dicta ethica certa ⁊ vera
ſ3 ɔpoſito noīe ſenectutis pp dr̄iam quā h3 ad illam. Cōue
nientiā .n. h3 cū illa in effectu ſiccitatis ⁊ ɔſumptōis. vtro/
biq3 .n. eſt ſiccitas ⁊ ɔſumptio. Dr̄iaz vero h3 ad illaz in cā.
nā in p̄dicta cā ſiccitatis calitas iflāmatiua ⁊ febrilis exi/
ſtit. In hac vero calitas nō eſt iflāmatiua vt ɔſumat: ſ3 de
ficiens poti⁹ ⁊ quaſi mortifera vt nequeat nutrimētū alte
rare qd̄ reſtauret mēbra corporis ɔſumpta ⁊ exiccata hu/
mectet. ⁊ hoc pp defectū humidi radicalis in quo fundat.
Qd̄ ɔtingere pōt duplr. vno mō nālr vt ex defectu calo
ris pueniente in decurſu etatū: ⁊ depaſcētiā humidi ab eo
dē coadiuuātib⁹ exteriorib⁹ cauſis in reſolutione ipſius. ⁊
hec ppꝛie dcīi eſt a .H. ethica ſenectutis ab etate. Eſt .n. i
ea dr̄iaz ſiccitatis cū fritate. ſenect⁹ .n. ſemita eſt ad mor/
tē: que p frm ⁊ ſiccū accidit ſm .H. Et ppterea talis ethica
frequēti⁹ ſenib⁹ accidit: rarius iuuenib⁹: rariſſime pueris:
quā ſequit ɔtriſtabilis mors: vt .H. dixit. Alio aūt mō accn̄
taliter. vt qꝛ fiat ab egritudine aliq̄ cōſumēte vt eſt ethica
p̄dicta febrilis: vel alia ex p̄dictis q̄ ſiccitatē iꝑſſit: ⁊ cu3
extincta fuerit calitas exſupans iflāmans ⁊ exiccās ⁊ re/
māſit ſiccitas cū eq̄litate in calore. ſ. ⁊ frigore: ſ3 raro ɔtin/
gat. Qn̄q3 plurimū ſuccedit cū ſiccitate ⁊ ɔſumptione fri/
tas mēbroꝝ ſtōi ⁊ epatis ppē ab ipſa ɔplōne mala fra nu/
tritiuoꝝ ſil pueniente vel ſucceſſiue: p modū cōpaſſionis
ex vicinitate vni⁹ ad alteꝝ: quare nutrimētū ſufficiēs ad
reſtaurādū qd̄ ɔtinue diſſoluit digerere nequeat. Et pide
mēbra corporis quotidie exiccant magis ⁊ magis. ⁊ h aut
erit nālr pcreata in eis vt ē videre in meſicis: aut accn̄talr
acq̄ſita: vt ex aliq̄ egritudine fra vel malo regie ⁊ ppꝛie ex
potu aque fre. hora nō ſua tpe ſanitatis vt ſucceſſione exer
citij iflāmantis ⁊ reſoluētis virtutē ⁊ aperientis corpis po
ros ⁊ meat⁹ mēbroꝝ ac puocantis: vt aqua fra ſubito tra/
hatur ad viſcera ⁊ debilitet: ⁊ q̄ſi calitatē nālez extinguat.
vel ex ſtolida cura vt ſupflua extinctiōe tpe egritudinis ⁊
febris cum ex his q̄ aſſumunt ⁊ emplāt. aut ex vaporib⁹
malis ⁊ fris q eleuant ad cor ab aliquo mēbro debilitanti
b⁹ ei⁹ calorē ⁊ ſanguinē. qr nutrimētū in corpe nō ɔplet. ſic
accidit in ſimia .H. Et hanc vocauit philippus ex egritudi
ne ſenectutē q̄ cū ɔfirmata fuerit: vt qꝛ ſolida mēbra teti/
gerit valde nō curat: ⁊ ſi eēt curationis ingeniu3 vtiq3 eēt
morbi. vt rex Abo. dixit ⁊ .H. ¶ Signa ex ſignis ethice q̄/
da3 ſunt ſigna pmutatōis aliaꝝ febriū in ipam q̄ ipa3 mi/
nant. quedā ſunt ſigna ipſi⁹ per ſe icipientis vel poſt receſ
ſum aliaꝝ q̄s ſequit. ⁊ q̄dā ſunt ſigna ipſi⁹ cōplicantis cu3
putrida qua cauſat. Prima ſunt pnoſtica ⁊ ſunt duplicia.
q̄dā ſunt oſidentia pmutationē effimere in ethicā. ⁊ q̄da3
pmutationē putride in eam. Prima ſunt qn̄ cū vides ve/
hemētiā ⁊ fortitudinē caliditatis i p̄ncipio pluſq3 ɔueniat
nāe effimere ⁊ plōgationē ei⁹ vltra tp̄s quo declinare cō/
ſueuit qd̄ ē tp̄s horaꝝ .xx. plurimū cū ɔtinuitate ⁊ fortitu/
dine. ⁊ eſt multa corporis diſpō in ariditate ⁊ macredine:
tunc timebis pmutationē eius in ethicā. ¶ Scd̄a vero ſt
febris putrida p̄ncipalis ⁊ remittit fiatq3 lenta ⁊ cū ɔtinui
tate eq̄lis: nec h3 pxodos ɔſuetos cū rigore vl typo aliquo
ſeu ɔtritōe cū pulſus coartatione: queadmodū putridis. ⁊
nā ipſaꝝ ɔuenit cū corporis ariditate incipiente: ⁊ vrina ē
digeſta ⁊ vnctuoſa: tūc ſuſpicaberis putridā permutari in
ethicā. ¶ Signa vero ipſius ethice p ſe venientis vel exi/
ſtentis poſt pmutationē illaꝝ in ipa3 ſunt demrātiua ipſi⁹
Et ſunt duplicia. q̄dā ſunt ſigna demrātiua ethice febrilis
q̄dā vero ethice ſenectutis. Demrātiua ethice febrilis ſūt
duplicia ſm duplicē ei⁹ ſpēm. ¶ Circa qd̄ ſciēdū ꝙ ethica
in p̄ncipio ſui ſeu i pmaſpē ē difficilis cognitōis ⁊ facilis cu
rōnis. in fine vero vel pceſſu vt cū deuenerit in maraſmū
eſt facilis cognitōis ⁊ difficilis curōnis: ⁊ hoc dū ē icipiens
in ſo gradu. aut ipoſſibilis cū ɔpletus eſt maraſm⁹ ⁊ fact⁹
eſt adhubul. ſunt .n. radicalia mēbra ad tātā ariditatē du/
cta ɔſumpta coꝝ radicali ifluente humiditate triplicis ge
neris adeo ꝙ q̄tūcūq3 nutrimēti apponat pre defectu ra/
dicalis humidi calor in eis vt remaneat recreari ſeu viui/
ficari non pōt: queadmodū in carbone liciny: ſ3 addiſcere
qui cū ad vltimā ariditatē deuenerit nō poterit flāmā ſer
uare nec vlteri⁹ ſuperaccēſiōe3 recipe q̄tūcūq3 ſupin fun/
das oleū: ſ3 circūpalpitat ⁊ ſemp fit mior donec totalr exti
guat. Ethice aūt ſimplicis ⁊ abſolute ſigna ſunt. nā ſigde3
icipiēs ſit ſcias ipa3 imediate fieri a ſolis pcatarticis p̄ce/
dētib⁹ cauſis vt ab aeris eſtu ira ⁊ labore nimio fame ⁊ ie/
iunio facto. Cū vero facta ē ſeu aliū morbū ſeq̄ns p̄cedere
febres putridas dicas nulla p̄cedente pcatarticaꝝ cāru3
q̄diu ethica ſola ſit videbis calorē ſuauē ſ3 p̄mā imiſſiōe3
man⁹: in morāti vero fieri mordicātē ſil ⁊ ardentē ⁊ eē cō/
tinuū ⁊ equalē p ſe ſemp. S3 ſumpto cibo poſt vnā horā
vel duas hr̄e aſcenſum icontritū ⁊ pulſu3 in magnitudine
addere cū in nā ipſius ſit ⁊ oīum ethicaꝝ ſemp debilē eē
pulſum ſpiſſu3 ⁊ paruū. Cū vero pulſus talis cu3 p̄dictis ſi/
gnis ſic pmāſerit ethica ſola erit ⁊ abſoluta. Cū vero mu
tabitur qꝛ debilis ſpiſſus imaturus ⁊ durus appareat tūc
ethicā ipſam ſimplicē ēt maraſmū noueris eſſe. Cui⁹ gdē
ſigna pmpte apparebūt tanq3 manifeſta valde. ⁊ ſunt. nā
tunc pulſus erit paruus debilis ſpiſſus ⁊ durus ad modu3
caude ſoricine pmanſiue: ⁊ vrina erit vnctuoſa magis ⁊ pe
tallas hn̄s. ⁊ pfundatio oculoꝝ auget: ⁊ corporis ariditas
magna: ⁊ coloris mutatio verſus nigredinem ⁊ putredi/
nē faciei ita vt icipiat fieri viſui verſutus ⁊ egrotans. ⁊ hoc
q̄diu icipiens fuerit maraſmus. Cū vero ad ɔplemētū de
uenerit pulſus: p̄dicte dr̄ie augebunt ⁊ fient in modū cau
de ſoricine finitiue: ⁊ oculoꝝ pfundatio augmētabitur vt
oſſa palpebraꝝ appareant eminētia ⁊ palpebre remanent
apte: ⁊ limpitudo in eis ſicca: ſ3 ſomn⁹ ei⁹ nō ppꝛie ſomn⁹
ſit: ſ3 potius ipotētia vigilādi. tympora applanant valde.
nariū extremitates acuunt multū: ⁊ oſſa maxillaꝝ ⁊ men
ti acuunt. ⁊ in oīb⁹ mēbris ⁊ facie color mutat ad nigredi
nē ⁊ pulchritudo faciei perit oīno adeo vt fiat tornatilis ⁊
horribilis valde ⁊ cutis toti⁹ corporis ⁊ faciei arida valde
⁊ pulueruletā: vt neq3 extendat valde: ⁊ cu3 extendit ſtat
ſuſpenſa ⁊ pili elongant in ea: ⁊ appent pediculi ⁊ oſſa pe/
ctoris valde eminētia ⁊ diſtincta: ⁊ vēter adheret dorſo ac
ſi viſcera eēnt q̄ſi euāta: ⁊ finalr vngues curuant. Cū ergo
curuant ⁊ acuunt tūc icipit tendere ad occaſu3 ⁊ liq̄fiunt
cartilagines: ⁊ ſeqtur mors icōtriſtabilis ſic in ethica ſene
ctutis. Cuius vera ſunt ſigna maraſmi ⁊ ɔſumptōis neq3
apparet in corpore calor ⁊ iflāmatio: ſ3 fritas plurimū ta/
ctu pceptibilis. ⁊ coꝝ pulſus nō ē ſpiſſus ſicut pulſus ethi/
ce febrilis: ſ3 debilis tardus rarus ⁊ paru⁹: niſi fortis debi
litas inſit qn̄ tūc icipiet fieri frequēs ad modū formican
tis ⁊ ppꝛie in illis in q̄bus hoc accidit ex potu aq̄. Et vrina
erit alba ſubtilis aquoſa: ⁊ in reliq̄s diſpōnib⁹ eſt ſic ſenex
Signa vero ethice ɔplicate cū putrida cognoſci ſunt diffi
lia cū nō ſint diſtīcta ſ3 adiuicē valde ɔfuſa. Et ſūt. nā i ca/
lore lēto ⁊ ɔtinuo fieri videbis aſcēſu3 caloris ɔtritū ali/
qn̄ cū rigore manifeſto vel aliquo alio typo vel aliqn̄ ſine
manifeſto: ſ3 cū pulſus coartatōe declinante eo cū ſudore

vel ſiti aut cũ euaporatõe cũ balneo remaneat caliditas ⁊
ſiccitas in arterys: ⁊ venis maior q̃ꝫ in circũſtãtib⁹ ꝑtibus
cũ velocitate ⁊ ſpiſſitudĩe mot⁹ nõ diſſoluti in eis. Et ſum/
pto tũc cibo iteꝝ fieri ei⁹ aſcenſuꝫ ĩ ↄtritũ ⁊ iteꝝ redire ad
ꝑimũ ⁊ ariditas ⁊ ↄſũptio maior q̃ꝫ ↄueniat putride. Et vri
na rubea ⁊ vnctuoſa ⁊ ſilr̃ egõ vnctuoſa ⁊ hũoroſa ⁊ q̃nq̃ꝫ
turbida. ¶ Cap. y. de cura ethice febris.

Cura ethice febris ſi ſimplex ſit ⁊ ſola vt q̃ꝛ ĩcipiẽs
ſit vel aliũ morbũ ſeq̃ns vt putridã feb. abſolute
vl' cũ a ꝑte qõ ceſſauit euõne putredĩs. Cura õbe
tur ꝓꝑe cũ morb⁹ fcũs ſit ⁊ nõ a cã depẽdẽs lꝫ dici poſſet ĩ
cipiẽs q̃ꝛ ꝑ ſuos gradus ꝓcedẽs ⁊ ſimplex q̃ꝛ nulli alteri ẽ
ꝑmixta. ¶ Si vero ↄplicata ſit alteri egritudini vt febri
putride a q̃ vtplurimũ ẽ cãta. ſi. n. putredo adhuc manet ĩ
corꝑe cura ipſi debita erit ↄpoſita ex ꝑuiſiõe ⁊ cura vt ĩfra
õõ dãte dicet͂. Et cura q̃dẽ v̾a ⁊ ſimplex q̃ õbet͂ ethice ſole
ↄſiſtit ĩ duob⁹. in remotõe nocẽtiũ: ⁊ in miſtratõe curãtiũ
Nocẽtia ãt ſunt oĩa ex ſex reb⁹ calã ⁊ ſicca. auferant͂ ergo
oĩa. Curatiua v̾o ſunt tres res: alteratio febrilis diſcraſie.
regis ordiatio: correctio accñtiũ. Intẽſione q̃ a cã ceſſante
vt q̃ꝛ iteriorẽ efficiẽtẽ nõ hẽant q̃ tranſiuit vt putrida licet
ↄſeruãtẽ hr̃e poſſit cui iã imediate ẽ ꝑuiſuꝫ. ¶ Alteratõeꝫ
ↄplẽt fr̃a min⁹ ⁊ hũida magis: fr̃a. n. cũ fortia ſint fortioris
ĩpreſſiõis erũt q̃ꝫ nã mẽbroꝝ in talib⁹ fcã valeat tolerare
Et ꝓĩde ledũt: ⁊ ſi diſcraſia calꝫ alterẽt: nõ tñ ſiccaꝫ: gnĩ
mo cũ nãꝫ debilitãt ipaꝫ a nutritõe cũ cibo õficere faciũt
q̃r feb. augebi͞t ⁊ ſiccitas ⁊ effect⁹ ei⁹ g ẽ ↄſumptio mẽbro/
rũ: maxĩe ſi ſint talia q̃ ſiccitati ſint iũcta vt troci. cãphore
⁊ ſilia. Sic ergo nõ debẽt eẽ itẽſa ⁊ diſcraſie ꝓportionabi
lia ſꝫ remiſſa poti⁹ cũ ſufficiãt ad ifrigidãdũ. Et ſi nõ ꝑ q̃ti
tatẽ ⁊ multitudinẽ ꝑ iteratõeꝫ tñ ⁊ vices vt ↄpleãt in lõgo
tpe: qõ oꝫ abſq̃ꝫ nocumẽto: qõ potuerũt ſi fortia fuiſſent in
breui ↄplere cũ nocumẽto. Hũida vero cũ nõ ſint vehe/
mẽtis impꝛſſionis vt in nãm nocumẽtũ impꝛimãt atq̃ꝫ defe
ctionẽ. ſintq̃ꝫ ↄ̃ria vtriq̃ꝫ diſcraſie. calẽ obtundẽdo ⁊ ſicce
alterãdo vt eaꝝ ↄſumptõis reſtaurãdo vel ſaltẽ madefa/
ciẽdo nõ ſint talia q̃ calĩtati ſint iũcta. vt vinũ ⁊ cãnes pñt
eẽ fortiora fr̃is ⁊ magis excedẽtia. ſi nõ eẽntialiter ⁊ in gra
du: effectualr̃ tñ: q̃ꝛ multiplicata in q̃ñtitate ⁊ tpe: nõ tñ tm̃
q̃ꝛ nãꝫ ſuffocent vel ſaltem opilẽt. Et ſi necẽitas vti fortib⁹
extrictiuis ↄtingat ⁊ fr̃is q̃ ſint nõ cũ hũiditate vel ꝑtamẽ/
to paſſiuaꝝ ſꝫ ſiccitati ↄiũcta: vt ſunt ex ſimplicib⁹ cãpho
ra: ſandali: ſyrup⁹: limonũ: ⁊ alia ꝑlima. Et ex ↄpoſitis tro
ci. de cãphora oꝫ attẽdere illud ↄſeruare ſic vt añ vel poſt
vel ſil' cũ talib⁹ fr̃is humida miniſtrent͂: ⁊ ẽt aliq̃d calĩ hu
midi qõ diſcraſie itentionẽ obtundat ⁊ ſiccitatẽ medicine
cõtẽperet. Calm̃ vero ↄtẽꝑet medicĩe fr̃itatis exceſſuꝫ ne
mẽbra ꝑcutiat ⁊ in ↄ̃riã diſpõnẽ adducat: q̃ incorrigibilior
eẽt ꝑma. Et ad illud euitãdũ ꝑiculũ itus fr̃a remiſſa imit/
tant͂ q̃ hũiditati ſint iũcta. vt iulcb: viol. roſ. ſucc⁹ ordei: ⁊
aq̃ ꝑtiſane ⁊ ſilia q̃ ſi ſupfluãt nõ mltũ nocere pñt. Et ſi cõ
cedit͂ iteri⁹ aliq̃d ei⁹ calĩ miſceat͂ qõ ↄtẽꝑet ne noceat val
de: vt dcm̃ ẽ ſupra. Et ſilr̃ ſi hũida calĩtati erũt ꝑmixta. ta/
lia aũt fr̃a ſunt q̃ ſupra in cura gñali ſunt dcã putridaꝝ. Et
ea q̃ in alteratõe hui⁹ febris ſunt ꝓꝑa ſꝫ. H. ſunt duplicia.
vt q̃ itus aſſumunt͂ vt medicĩe potabiles ⁊ comeſtibiles. ⁊
q̃ iſpirat͂ aer: q̃ q̃les oporteat eẽ ſubiũgem⁹. Et q̃ extrorſũ
applicent͂ vt ↄtinens nos aer cerota ⁊ ſilia vt emplã ⁊ bal
nea. Medicinaꝝ potabiliũ ⁊ edibiliũ q̃dã ſunt fr̃e ⁊ ſicce.
⁊ eaꝝ q̃dã ſũt ſimplices: ⁊ q̃dã ↄpoſite. Et ex ſimplicib⁹ hu
midis potabilib⁹ ẽ aq̃ ordei ſimplex vel cũ cãdis: aq̃ lactu
caꝝ: ſeiuꝫ coĩuꝫ ⁊ oĩuꝫ ſenſibilium: aq̃ lactis vaccini a quo
extractũ ẽ butiꝝ ⁊ lac: mucilago pſily ⁊ ſilia. Et ex come/
ſtibilib⁹ ſunt ꝑdicte cũ ſuba ꝓꝑa. ⁊ ex fr̃is ⁊ ſiccis ſunt roſ.
ſandali: ſpodiũ: cãphora: ⁊ ſilia. Et ex ↄpoſitis ſyrupus: ⁊ iu
leb. viol. de cucurbitis: roſ. ⁊ ribes: ⁊ troci. ⁊ dactilis: de cã/
phora. ⁊ cẽtia q̃ dicent͂. Aer aũt iſpirat⁹ ⁊ nos ↄtinẽs dꝫ eẽ
alterat⁹ fr̃is ⁊ humidis vt ſupra ibidẽ dcm̃ eſt. talis eni in
ſpirat⁹ ⁊ tract⁹ ꝑ cutis poros cordis diſcraſiã alterat ⁊ om
niuꝫ mẽbroꝝ. ⁊ ꝓinde hyeme nõ calefiet cũ igne ne poros
opilꝫ ⁊ febrẽ inflãmet defendat͂ ĩdumẽtis: niſi ſit congela
tus. quo caſu accendat͂ in camera paruus ⁊ leuis ignis. Ce
rota aũt ſunt ſꝫm duplicẽ modũ. ſ. ſimplicẽ ⁊ ↄpoſituꝫ. ſim
plicẽ vt ex cera ⁊ oleo añ. ↄpoſitũ. vt ẽ ex eis pigmẽtis ſuc/
cis adipe: ⁊ ſpẽb⁹ q̃ infra dicent͂. Talia aũt cerotaria cũ fri
giditate ⁊ humiditate ⁊ ꝑmanẽtia multa in mẽbris corꝛuꝫ
diſcraſiaꝫ alterãt Sꝫ vt illud agat͂ ſuis ſint in ↄditionib⁹
ꝑ̃electe q̃ ſunt ex ꝑte ſue mãe: forme: ⁊ ↄſeruatiõis eiuſdeꝫ
modi: loci: ⁊ tẽporis: vſus ipſi⁹. Ex ꝑte q̃dẽ mãe vt ſit oleũ
electũ. ⁊ eſt de cucurbita: ſalicib⁹ ⁊ violatũ: de ſcib⁹ mello
nũ ⁊ roſ. qõ ſuã fridiratẽ ipellendo ſtipticitatẽ moderataꝫ
ſuã magis humectat q̃ꝫ oleũ ſimplex: vt. H. oñdit: nõ veni
unt: ſic. H. dixit. Sitq̃ꝫ coꝝ cera alba ⁊ mũda pauce q̃ñtita/
tis: ne illud reddat ſpiſſuꝫ valde ⁊ ſolidũ. fit. n. ex hoc dif/
ficile valde penetrabile ad ꝓfundũ maxĩe cũ ſit fr̃ꝫ. ⁊ oleũ
ſit viſcoſuꝫ: cera ſpiſſa ⁊ ſtiptica. ⁊ ꝓinde ſi ex aliquo frido
valde ſubtili fieri poſſet: optimũ eẽt ⁊ efficaciſſimũ. ſed q̃ꝛ
tale difficile ẽ inuenire vel ĩpoſſibile. Et ſi acetum ſit tale:
non ſimplex fr̃m eſt: ſed aliq̃d hñs calĩ ⁊ ſicci. ⁊ ꝓinde non
ex eo fiat: ſed ex eo aliq̃d illi admiſceat͂. Sitq̃ꝫ oleũ ablu
tũ cũ fr̃a aq̃ vt ſua calĩtas ſi quã hr̃e poſſit auferat͂ ⁊ fr̃ꝫ fi
at ⁊ humidũ. Et ꝓinde ex quo coagulatũ eſt cerotũ ablua
tur cũ fr̃a aq̃ pluries ⁊ reſideat in ea vt ↄſeruet͂ ei⁹ nã. Et
vngat͂ frequẽter ne calefiat ⁊ vt alteret magis ſit ei⁹ inun/
ctio ſupra mẽbra ꝑ̃ncipaliter paſſa ex q̃b⁹ calĩtas iſlãmãs
ad oĩa corporis mẽbra ꝓcedit. vt eſt cor: epar: ⁊ ſtõs: ⁊ dor
ſuꝫ ſub quo vena magna exiſtit extẽſa multũ ſanguinẽ cõ/
tinẽs calm̃ iſlãmantẽ dorſuꝫ ⁊ totũ corp⁹ ad qõ ꝓcedit. Al
teret͂ ergo cũ inunctiõe eiuſdẽ ceroti: vt ad oĩa mẽbra trã/
ſeat alterat⁹: vt ſupra in gñali cura putridarũ ẽ dictũ. Et ſi
totũ corpus iungas ẽ bonũ: ſed poſt balneũ: vt aptis poris
ſubintret amplius. Emplaſtra etiã ſicut in cura putridaꝝ
ẽ dcm̃: ſunt ſupra ſtõm: cor: ⁊ epar applicãda. Balnea quo
q̃ꝫ debent eſſe ſuis opportunis ↄditionibus ꝑ̃electa. ſ. ma/
teria: q̃ñtitate: ⁊ q̃litate ei⁹: loco tẽporis igreſſus ⁊ egreſſus
ab eis. vt hora ſtãdi in eis ⁊ alys q̃ ſequunt͂ ad ipꝫ. vt ſunt
aquaꝝ dulciũ calida ⁊ fr̃a: ⁊ calõ oꝫ ꝑ̃cedere. debẽt aũt eẽ
euãta vt rarificẽt nõ conſtipẽt ⁊ reſoluant ⁊ ſemicupio fcã
pleno abundãti aq̃ vt totũ corp⁹ attigat: in q̃ ſint cocta fr̃a
⁊ hũida ex herbis: florib⁹: ⁊ fructib⁹. vt lactuca: ſempuiua:
mellilotũ: viol. ⁊ ordeũ: ⁊ ſupaſperſũ oleũ aliq̃õ ex ꝑ̃dictis
in domo locato ⁊ iuxta lectũ ĩfirmi vt ĩ eis facilis ſit igreſ/
ſus: ſitq̃ꝫ gradat⁹ ⁊ paulatin⁹ ⁊ poſt ↄplemẽtũ digõnis ꝑ̃me
⁊ añq̃ꝫ ſit vacuitas: ⁊ fecib⁹ euãtis. ¶ Si aũt ſumat͂ aqua
ordei duab⁹ horis cyph⁹ vn⁹ in quo ſtet quo ad delectatio
nẽ ⁊ mẽbra corꝑis ⁊ cutis videant͂ ĩ tumorẽ eleuari nec ſu
det aliquo mõ: tũc ſtatim egrediat͂ ne tracta hũiditas nu/
trimẽti ad mẽbra reſoluat͂ ⁊ debilitet͂ egrotans. Eſt. n. tp̃s
humectãdi ⁊ faciẽdi carnẽ acutã euaporãdi locũ ſꝫ. H. Et
cũ egreſſus fuerit ſeq̃ oꝫ balneũ fr̃e aq̃. Sit aũt pauce fri/
tatis ⁊ quaſi tepida: ⁊ ſup corp⁹ ꝑ̃balneatũ in calida ſubito
effundat͂ ut tracto calore ad ipam nõ effundat͂ a fr̃itate il
lius. ſꝫ ꝓpterea dꝫ eẽ pauca vt calor retrahat͂ in membris
atq̃ꝫ hũiditas tracta retineat͂ ⁊ nõ ꝑmittat͂ reſolui: ſꝫ ĩfrĩet
⁊ humectet. Et ꝓinde in lecto de corio aq̃ pleno vel vento
hora eſtatis ꝓꝑe ex tunc locet͂: vt q̃eſcat. nec cooperiat͂: vt
ſudet: nec quoq̃ꝫ vt rigeat. Tale. n. balneũ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs ta
lib⁹ ↄfert. Alterat. n. calĩtatẽ reſoluẽdo hũiditates corꝑis
iſlãmantes illã ſua calĩtate tẽꝑata acq̃ſita: ⁊ ſua nãli hũidi
tate ſubintrãte poros ſiccitatẽ mẽbroꝝ ⁊ ariditatẽ made/
faciendo ⁊ irrorando humectat: ⁊ ſua fr̃itate nãli ad quaꝫ
redire eſt apta inflãmationeꝫ extinguit. qõ in alio euenire

auxilio ex predictis difficile eſt. ſi. n. ꝑ ſe ꝯferat ꝑ accidens nocet ⁊ ecõuerſo: ⁊ ex tũc detur ilico lac. ❡ Si vero ꝯtingat ex tali frõ balneo nãm terreri qñꝗ eo dimiſſo docuit H. poſt exitũ corporis a balneo calõ: oleis ꝑdcis ⁊ cerotis iungi ꝓp eandẽ cãz. qḋ meliꝰ eſt cũ nõ terreat ⁊ magis humectet: cũ magis ꝑmaneat vt ſupra auctoritate. H. dcm̃ ẽ. Et deĩn lac dari ⁊ dimittere infirmũ qeſcere donec lac digerat vſꝗ ad horã diei tertiã prãdij. Et poſt digõnẽ fricari manibꝰ mollibꝰ donec rubeat cutis vt nutrimẽtũ lactis trahat ad mẽbra. deinde hora tertia cibare ⁊ qeſcere vſꝗ ad cenã: ⁊ tũc añ cenã fricare iterũ. deinde cibare ⁊ ꝑmittere qeſcere ⁊ dormire vſꝗ ad 2ᵐ balneũ in mane ſequenti. Deĩn ſilr agere lꝫ nõ ſit malũ bis vl̃ ter ĩ die ĩgredi balneũ maxĩe ſi delectet. Sꝫ lactis ꝯditiões oꝫ hic attẽdere: q̃ ſũt plures. ex ꝑte aĩalis. ſ. a quo accipit̃: ⁊ regis eiꝰ a tꝑe ſumẽdi ⁊ a mõ a q̃ntitate ⁊ mixtõe. Aĩal autẽ ſit mlr̃ ſeu femĩa iuuenis ⁊ ſana. Eſt. n. meliꝰ lac mulieris ⁊ ꝓꝑe mature etatis ceteris ꝓp ꝯformitatẽ ſi non abhorreat eger. vel aſine ſilr: vel capre iuuenis ⁊ pĩguis: ⁊ ſit eaꝝ regimẽ in frĩs ⁊ humidis cibis ⁊ potibꝰ. Tẽpꝰ aũt ſit poſt balneũ ilico: ⁊ ſi premittat̃ emulſio eiꝰ ſupra dorſuꝫ añ ĩgreſſuꝫ balnei bonuꝫ erit. Modus aũt ſumendi ẽ vt ſugat patiẽs de papillis ne alteret̃ ab aere añꝗ ſumat̃. ⁊ hoc ſi tollerat. qꝛ ſi non: ſtatĩ cũ mulſuꝫ fuerit cũ ſua nãli calitate ꝓpiet̃. Quãtitas aũt eius ſit: quã digerere bñ poſſit. Et ꝓinde ꝑmo parũ det̃ in q̃ntitate. ʒ. iij. quã ſi bñ digerit addat̃ ad eã paulatiꝫ donec ad ſufficiẽtẽ ꝑuenerit q̃ntitatẽ. ſi vero male minuat̃ ex illa: ſꝫ mixtũ ſit illi paꝝ mellis vel çuccari aut ſalis vt ꝓhibeat eiꝰ caſeationẽ in ſtõ: q̃ penetrationẽ eiꝰ ad mẽbra ꝓhibẽdo fit cã prauoꝝ ſinthomatũ vt ſupra ĩ ſtõ ẽ dcm̃. Et canõ dãdi in potu lac acetoſuꝫ a quo extractũ eſt butiꝝ eſt ꝓrimꝰ illi. Regimẽ aũt cibi ⁊ potꝰ ⁊ aliaꝝ reꝝ non nãliũ ꝯplet̃. Nã oꝫ vt eligant̃ ex cibis ⁊ potibꝰ frĩ paꝝ: ⁊ humidi plus: facilis digeſtionis: boni ⁊ multi nutrimẽti. q̃les ſunt facti ex granis vt panis tritici ablutꝰ in frã: ſuccꝰ ptiſane aut ordei condrũ ꝑparatũ in pulmẽto hñs aceti parũ. Et ex aĩalibus ſumpti ⁊ ꝓprie lac vaccinũ a quo extractũ eſt butirũ qñ eſt multi nutrimẽti. Et aq̃ carnis pulloꝝ gallinaꝝ: ꝑdicũ: faſianoꝝ: ardeaꝝ: ⁊ hedoꝝ: ꝯcocte cũ coriãdro: vl̃ lactucis: carnes ipſe ⁊ teſtudinũ: ⁊ limatiaꝝ purgataꝝ: ⁊ cancrorũ fluuialiũ: ⁊ ſerpẽtis albi vel galline nutrite ex eo cũ frumẽto decocto qñ ĩdiget pre debilitate. Et epata gallinarũ teſticuli galloꝝ: ⁊ oua ſorbilia: ⁊ caſeus recẽs pinguis non ſalliꝰ ſi appetit. Sit aũt carnes decocte in aq̃ ordei cũ lactucis vel aſſe paꝝ vt humiditatẽ nãlẽ ꝯſeruẽt: ⁊ ꝑparate in gellea acetoſa paꝝ. Et ex fructibꝰ recẽtibꝰ cucurbite: citrul. melones dulces ⁊ indi: in q̃ntitate pauca. granata dulcia ⁊ poma. Et ex ſiccis amigdale: pinee: fiſtici: ⁊ auellane. Et ex potibꝰ ſunt aq̃ ordeacea ⁊ aq̃ frã: ſi nõ fuerit qḋ ꝓhibeat. nõ tñ ſit multa ⁊ fortis frigoris ne extinguẽdo calitatẽ ſubito ad mortẽ vel ſaltẽ ad etbicã ſenectutis adducat q̃ difficilioris curõnis exiſtit: ſꝫ lõgioris vite. Et forte eſſet meliꝰ ꝑduci ad illud q̃ꝫ in maraſmũ ꝯpletũ ꝑ eã vbi ad curã aliã nõ ſufficeret medicia. fortaſſe ꝓp debilitatẽ ⁊ digõnẽ ꝯceditur vinũ ſubtile albũ paucifeꝝ bñ limphatũ cũ frã. Tẽpus aũt eiꝰ ⁊ hora ſit ꝯſueta: q̃ntitas vero pauca ⁊ ſepe. ſic. n. ꝯuenit ei cũ morbꝰ de inanitiõe cũ virtutis defectione exiſtat. Et ẽt ex cibis ⁊ potibꝰ ⁊ medicinis humectãtibꝰ miniſtret̃: qḋ ſupra in cura mala ꝯplõnis ſicce ſtõi dictũ ẽ. ꝓuidendũ aũt ne in opilõnẽ ꝑducãt. Alie quoꝗ res ad hũiditatẽ mutent̃. his. n. oibꝰ vel plibꝰ etbica ſimplex vel ſola curat̃ facilis. Qꝛ ſi negligat̃ eiꝰ cura vt tranſeat in maraſmũ difficiliꝰ curabit̃ vt eſt dcm̃. oꝫ ergo tũc vt multiplicent̃ ꝑdcã ⁊ diutiꝰ miniſtrent̃ ne trãſeat in maraſmũ ꝯpletũ q oino ẽ ĩcurabilis. Et ꝓide curã dimittere meliꝰ ẽ niſi nõ deſpet ĩfirmꝰ. quaꝓp ꝓſequẽda ẽ cura: ſꝫ cũ ꝓteſtatiõe ſiue ꝓnoſticatione ꝑmiſſa. Meliꝰ ẽ. n. cũ ſpe benigna mori ĩfirmũ q̃ꝫ ſine ſpe ipꝫ ſignis ꝓnoſticis dimittẽdo: vt Hali. ait. Oꝫ aũt vt in balneũ cũ lintheo ĩponat̃ ⁊ extrahatur cũ nõ poſſit ꝑ ſe egredi ſic tꝑe ꝓcedẽti. Accñtiuꝫ vero correctio ẽ accñtiũ q̃ ſuꝑuenire ꝯſueuerũt etbicis: qbꝰ ante aduẽtũ meliꝰ ẽ obuiare q̃ꝫ pꝰ aduentũ remediũ ĩuenire. nõ. n. tũc bñ corrigibilia ſunt pre debilitate nãe ex corporis ꝯſumptõe in ipſa. Et ſunt ſincopis de q̃ ſupra ẽ dcm̃ mlṫ totiẽs: ⁊ fluxꝰ vẽtris vt dyaria: ⁊ ex defectõe v̇tutis ẽ ⁊ ipſa eſt cã maioris defectõis ipſiꝰ. Sit aũt cibꝰ eiꝰ ex pane tortellaꝝ de ſeni: ex lacte decocto cũ lapidibꝰ fluuialibꝰ ignitis: vel ferro aut igne ſolo donec ꝯſumat̃ aquleitas: qꝛ fit ſolutiuũ ⁊ faria panici: milij: vl̃ riſi: decocta cũ ipſo. ⁊ carnes ꝑdicte aſſe. ⁊ potꝰ eiꝰ aq̃ ferree vel pluuialis ⁊ vini ſtiptici: vel pontici. Et medicie eiꝰ ex ſimplicibus ſpodiũ: gũmi ar. charabe: ſe. acetoſe: granoꝝ berberis: pſiliũ: aſſuꝫ: ⁊ bdellium: mechiũ ꝓꝑe ⁊ ſumach. Et ex ꝯpoſitis ẽ troci. ḋ ſpodio de dactilis: de balauſtijs: ⁊ de terra ſigillata: ſi ad excoriationẽ deuenerit. ⁊ cũ cliſteribꝰ emplis ⁊ alijs medicis q̃ ſuperiꝰ habuiſti. Et ex illis ẽ appetitꝰ defectꝰ: de cuius rectificatõe ſupra in ſectõe ꝑma de medicis ſtõi dcm̃ eſt. ❡ Confectio troci. de dactilis. ℞. dactiloꝝ ĩmaturoꝝ. ʒ. iij. ſpodij armeni: aur. iij. roſ. ʒ. vi. portulace: citrulli: cucur. charabe: añ. ʒ. iij. fiãt ex eis troci. doſ. ʒ. ij. ❡ Cõfectio alia ad fluxũ ventris. ℞. boli armeni. ʒ. v. caſtaneaꝝ torrefactaꝝ. roſ. añ. ʒ. iij. ſpodij: charabe: berberis. añ. ʒ. ij. fiãt troci. ʒ. i. cũ ſucco citonioꝝ ⁊ det̃ in potu cũ aq̃ piroꝝ. Balnea cõueniẽtia talibꝰ ſunt termaꝝ nãlia. Et ꝓꝑe ſũt balnea ortodonice: calature: ⁊ aercꝰ: ⁊ tripergule. ⁊ balnea reſine ĩ eſtate artificialia ſic aq̃ fontis dulcis ſimplicis vel decoctõis reꝝ humectãtiũ: vt herbe graſſule: vel ſemꝑuiue: ⁊ vermicularis: ⁊ cibalarie. violaꝝ: nenufaris ordei: mellilotí: ⁊ camomille. Et ſunt q ſuꝑeffundũt oleũ violᷓ. vel de amigdalis: vel de cucurbita: vel ſeminũ eiꝰ: vel melonũ: vel ipſorũ: vel lac mulieris ⁊ ẽ efficax. Et aliq decoquũt aſſungiaꝫ aĩaliũ ⁊ cliſteriçãt cũ ea. ❡ Cerotuꝫ exꝑtiſſimũ ad eos pꝰ balneũ quo iungit̃ dorſuꝫ: ſpĩa tota. ⁊ vniuerſuꝫ corpꝰ. ℞. aſſungie galline: anatis: anſeris: ⁊ porci recẽtiũ. añ. ℥. iij. medulle cruriũ: vituli. ℥. iij. lactis mlr̃is: vl̃ aſine. ℥. iij. olei viola. olei ſiſamini: vel amig. dulciũ. ana. lib. ſ. cere albe. ℥. vi. ita qꝛ ſit liqdũ parũ: ſucci graſſule: vel ſuꝑuiue. ℥. ij. puluer is roſis. ʒ. i. Et ẽ efficaciſſimũ ad etbicam febrilẽ ⁊ ſenectutis ⁊ ẽt ſine ſuccis pluribus frĩs dcis. Et ſunt q ad extinguẽdã ĩflãmatõis ĩcenſionẽ ĩduunt egrũ camiſiã ſandalis lotã cũ cãphora. Sꝫ in ea eſt timor ſicut ſupra in caplõ generalis curõnis ẽ dcm̃. ⁊ ĩ ſudore dyaforetico: ſectõe ꝑma. ❡ Elm reſtauratiuũ ꝯſumptiõis ipſoꝝ valde efficax ⁊ expertũ. ℞. ſeminuꝫ lactucaꝝ portulace: papaueris albi. añ. ʒ. ij. ſeminũ cucurbite: melonis: ⁊ citrulli. añ. ʒ. iij. ſeminuꝫ citonioꝝ mũdatoꝝ. ʒ. iij. ligri. ʒ. i. ſe. coti mũdi. ʒ. i. ſ. ſe. ſiſami. ʒ. iij. capitũ viol. ʒ. i. roſ. ʒ. i. ⁊. ſ. farine ordei: amidi. añ. ʒ. i. çuccari nabit. ℥. i. cinamomi dulcis. ʒ. ij. gũmi arab. gũmi draga. añ. ʒ. i. gario. charabe. añ. ʒ. i. penidiaꝝ. ʒ. i. ⁊. ſ. ſpice. ʒ. i. ſyrupi roſ. qḋ ſufficit. Et ĩpinguet̃ cũ caricis: amig. dulcibꝰ. excorticatis: pineis purgatis: fiſticis mũdatis. añ. ℥. i. Doſis q̃lꝫ hora in q̃ntitate nucis. ⁊ ſuꝑbibatur parũ vinũ. Eſt efficax ⁊ exꝑtuꝫ in etbica febrili ⁊ in etbica ſenectutis valde frigidis ex eo ablatis.

❡ Capi. iij. de cura etbice ſenectutis ⁊ medicinis eius.

Ethica ſenectutis ſi in ſenibus ſit: curã non habet cũ in eis defectus virtutis nãliter inſit: ⁊ qḋ nãliter ineſt ſemꝑ ineſt: vel vtplurimũ. dixit ar. habeatꝗ in eis cãm ꝯſeruantẽ ſiĩtudinẽ etatis. ſ. ⁊ complõnis ꝯcurrentis cũ ea. Et ꝓinde remediari poterit non curari: quinĩmo ſi ſola etas q̃dã nãlis egritudo ẽ: vt viſuꝫ ẽ. H. cũ in ea ſit dolor ⁊ labor ĩcurabilis. qd ſi ſuꝑaddat̃ accñtalis



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0479-5

diſcraſia ⁊ ↄſimilis certe multo magis icurabilis remane/
bit.⁊ gd vltra ſi correctionē haberet multo magis perpe/
tuaret̃ vita vel non hr̄et vtiq; tēpus pficiendi opationes
in meliorib⁹. ¶ Si vero in iuuenib⁹ ſit plurimū curā hēt
⁊ magis ſi pueris inſit. hn̄t eniȝ iuuenes nāȝ forte reſumi/
bilē nāliter ⁊ ſi accn̄taliter ſit defecta: ⁊ pueri mlto magis
Et pinde a fortitudine nāli optimi ſunt reduci ſm̄ magis
⁊ min⁹: niſi accn̄talis ſiccitas ſit ↄfirmata: vt q2 tetigerit
adeo mēbra ſolida q̄ tertia humiditas poſita ſit in piculo
non vltra extēdi iā totali ↄſumpta. ⁊ ſi nō in toto: in parte
vtili ⁊ maiori. Et qdē remediū i cura ē ſola diſcraſie ſicce
alteratio. q̄ qdē cū frāti ſit iūcta complebitur cū humectā
tib⁹ calidis tempate. Qualia ſunt q̄ in cura ethice febrilis
ſunt dicta minus eis aut ↄmixtis aliqbus calidis odorife/
ris ⁊ cū actuali caliſitate miori approxiatis. Ex qb⁹ eſt bal
neū pdcm̄ decoctōis in aq̄ ei⁹ florib⁹ camomille melliloto
⁊ calius actu q̄ȝ febrili cōueniat. Et q̄le ē lac a quo nō ē ex
tractū butiꝝ habens plus mellis ⁊ mel ipm̄ quod eſt vlti/
mū in iuuamēto iſtis ſicut vltimū in nocumēto febrilib⁹
dictis. Et q̄les ſūt alie medicine humide ⁊ calide: vt cliſte
ria facta ex fenugreco: ſeie lini: capitibus ⁊ pedibus agni:
oleo camomillino: ⁊ ſiſamino: ⁊ melle. Et ſyrupi ex aq̄ de/
coctionis ipſoꝝ. ⁊ ppꝛie ex floribus camomille: ⁊ ſiſamo ⁊
çuccaro nabit: ⁊ melle. Et eliā ex calidis ⁊ hūidis vt pineis
dactilis maturis: paſſulis: fiſticoꝝ: amig. dul. ligri. ⁊ alijs ſi
milibus illis. Et cerotaria ex oleo ſiſamino: vel amigdala/
rū dulcium cū cera ru. Et fricationes fortes trahentes nō
reſoluentes. Et quales ſunt cibi calidi humidi potentia ēt
actu: facile penetrabiles: ⁊ velocis deſcēſionis in qbus nō
ſit viſcoſitas ſicut aqua carnis: ⁊ vitella ouoꝝ ſorbiliū: epa
ta gallinaꝝ pinguiū: ⁊ carnes noue columbe non pinguis
valde cuȝ aqua roſ. ⁊ fructus predicti: ⁊ potus vini matu/
ri ſubtilis ⁊ odoriferi cōuenientis q̄ȝtitatis minus limpha
ti. Et qualia ſunt alia ex non nālibus rebus pportionabi/
lia illis. Et ſi ſiccitas cū equalitate actiuaruȝ ſit iuncta cū
eis fiet eius curatio: remiſſis tamen a caliditate naturali/
ter vel artificialiter ſaltem mixtione.

¶ Cap. iiij. de cura ⁊ medicinis ethice ⁊ putride ↄplicate.

Thice febrilis cū putrida cōplicate. ¶ Cura eſt
e q̄ȝtuor res. Prima abſciſio cauſe. ſecūda alteratio
febrilis diſcraſie. tertia regimen. ⁊ q̄rta correctio
accn̄tiuȝ. Abſciſio cauſe eſt putredinis euō ⁊ multa mun/
dificatiua. Ipſa. n. putredo exiſtens febrilis putredinis cā
imediata q̄ eſt cā ethice. aut cā eſt ethice mediata ⁊ ſic cā
eſt cauſe. Et pro eo cura ab ea eſt recto ordine inchoanda.
nā ea euacuata ceſſabit putrida ⁊ ethica conſequēter: ⁊ ea
manente q̄ȝtuncūq; febris vtriuſq; magnitudo ⁊ incenſio
poſſit remitti. ſemp tn̄ pcedit conſumptio ppter reſerua/
tionē putredinis plongātis febrem a remiſſiuis cātaȝ. In
quit. n. G. Non eſt poſſibile diſpōnem vllaȝ curare finalr
manente adhuc cā faciente eam. ⁊ pptere a putredine in
choanda eſt cura. Inqt. n. Abo. cū due egritudines iungū/
tur ab ea ichoanda eſt cura que cā eſt alteri⁹ ſine qua alia
curari nō poteſt. Qualiter aūt ⁊ qbus curet̃ ⁊ euacuet̃ pu/
tredo ſupius dcm̄ e. Alteratio quoq; febrilis diſcraſie q̄li/
ter ⁊ qbus ↄpleatur medicinis ſupius eſt dcm̄. Et tamē q2
diſcraſia febrilis eſt magna. nā ad ↄſumptōeȝ pducens q̄/
ſi preuendicans ſupra curā: oȝ ſimul digerendo ⁊ euacuan
do putredinē diſcraſiaȝ alterare: ⁊ ſi nō conueniat in auxi/
lijs vtriq; cauſe. ſ. ⁊ febri cōmune auxiliū impendat̃ ⁊ ſim
plex flatica vel melica ſit putredo q̄ nāliter talis iuenire
eſt poſſibile ſm̄. G. dicentē. Itaq; in ↄrijs diſpōnibus diffi
cile eſt iuenire auxiliū qđ multuȝ pſit: obſit aūt nihil. fiat
ſcđm artē ↄpoſitū in partib⁹: mixtū aut diſtinctū loco vel
tempore ſit equale ſiue iequale eq̄litate ⁊ iequalitate ſer/
uata: vt ſic alteret̃ febrilis diſcraſia q̄ non icrudet̃ putre/
do: ⁊ illud fiet ſi alterātia exterius ⁊ iteri⁹ non remiſſe ca/
lidi miniſtrent̃. Et pinde lac deneget̃ q̄ȝtūcunq;. n. cōue/
nit ethice imediate: magis tn̄ nocet ei mediate. q2 putre/
dinē auget q̄ cā eſt ſue cāe. Et ſilr̄ balneū dōec ſit digeſta
putredo: ⁊ alijs auxilijs pcuret̃: que ⁊ ſi alteri noceāt: non
tamen valde que tue diſcretioni relinqmus cā breuitatis:
⁊ regimen ⁊ accn̄tiū correctionē cū oīa ex pdcis ſint nota.

¶ Incipit ſecunda particula ſectionis ſecunde continens
ſummas quatuor.

Equitur ſecunda parti
cula ſectionis ſecūde q̄ ē de medicis apa/
tū q̄ plurimū febris ſeqtur de ptib⁹ ciru/
gie cōtinens ſūmas q̄ȝtuor. Sūma pma
eſt de medicinis apoſtematū ſanguineo/
rum continens capitula. xiij.

¶ Cap. pmū eſt phemiale ⁊ eſt ſermo generalis in apati/
bus: cauſis: ſignis ⁊ cura omnium.
¶ Caplm̄. ij. de flegmone ⁊ eſt apoſtema ſanguineuȝ ⁊ de
medicinis eius.
¶ Cap. iij. de apoſtemate glandulaꝝ ſeu flegmone capꝛ ⁊
de medicinis eius.
¶ Cap. iiij. de flegmone quod dicitur antrax ⁊ carbūculus
⁊ medicinis eius.
¶ Cap. v. de flegmone qđ ſpina dicit̃ clauus vel furunc
lus ⁊ medicinis eius.
¶ Capi. vi. de pruna ſeu carbone ⁊ igne perſico ⁊ medici/
nis eius.
¶ Cap. vij. de vena egrediendi ⁊ medicīs eius.
¶ Cap. viij. de panaricio ⁊ medicinis eius.
¶ Cap. ix. de apatibus paruis ſeu puſtulis illi⁹ generis vt
ſunt morbili ⁊ variole ⁊ medicinis eoꝝ.
¶ Cap. x. de exituris calīs ⁊ extriſecis q2 de itriſecis in p̄/
ma ſectōe ē dcm̄: ⁊ erit ſmo gn̄alis i termiatōib⁹ apati.
¶ Cap. xi. de eſtiomeno ⁊ cancrenis eius.
¶ Cap. xij. de moro ⁊ medicinis eius.
¶ Cap. xiij. de appropriatis apoſtematum ſȝ diuerſitatē
membroꝝ in quibus fiunt.

¶ Cap. pmuȝ eſt phemiale: ⁊ eſt ſmo generalis in apati/
bus cauſis ſignis ⁊ cura omnium.

Poſtema ſm̄. G. eſt tumor preter naturā quo mē/
a bra magnitudine deficiunt ab eo quod eſt ſȝ nāȝ
Diuiditur aūt ⁊ variatur p genera ⁊ ſpēs variatio
ne ſuaꝝ cāruȝ penes q̄s eius cura ſeu medicatio plurimū
variat̃. ⁊ pinde ad curā neceſſariaȝ regrende put ad glau
conē docuit. G. que ſunt quatuor: mālis: formalis: efficiēs:
⁊ finalis. Mālis eſt duplex. vna in qua. ⁊ eſt oē membrū
hn̄s regimen adeo vt in oſſe ⁊ cerebro etiā fieri poſſit: q̄ȝ
ſerapioni videat̃ ↄtrariū: eo q̄ recipe nequeunt: extēſionē
magnitudinis ⁊ tumoris que eſſentialia ſunt apoſtemati
ipſi. Ad quod rex Abo. reſpondit oſtendens q̄ in pdictis
mēbris poſſit fieri apoſtema ſic. oē qđ recipit nutrimētū ⁊
recipit augmentū ſupfluitatis ipſi⁹ cū in eo collecta fuerit
recipere pōt: ⁊ extēſionē ⁊ ſi non magnaȝ vt expedit in apo
ſtemate ppꝛie: tamen aliqualē recipit: que fit ſilis apoſte/
mati ſenſui manifeſta: vt hoc dici poſſit q̄ fieri poſſit apo/
ſtema in eo ſiue ſit ↄſimile: cuius egritudo eſt pncipaliter
ſiue officiale: cuius egritudo eſt ↄnter. ⁊ tamē a natura ei⁹
mutata formā accipit. ſ. magnitudinē ⁊ tumorem: eo q̄ le/
ſio nature ipſius ⁊ opationis ſilr̄ eius magis manifeſta eſt
ſenſui q̄ȝ leſio nature ↄſimilis: licet principaliter ſit in ipo.
Alia materialis eſt ex qua. Et eſt quatuor humores. aquo/
ſitas ⁊ ventoſitas. penes tales cās diuidit̃ in genera ⁊ ſpe/
cies eēntiales. In genera. naȝ apatū aliđ calidū. aliud frī.
In ſpēs. nā calī qđdā ē ſanguieū: qđdā colicū: qđdā ↄmix/
tū. Et frī qđdā flicū: qđdā mlicū: qđdā aquoſū: ⁊ quoddā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0480-5
DFG